


+

Ab. 3





IOAN-
NIS WERSTEMII DA-
lemensis aduersus Lutheranae Se-
ctae Renatum quendam, de Pur-
gatorio, & alijs quibusdā axi-
omaticis Disputatio longe
elegantissima.

Hoc oratus sis optime Lector,
iudicium suspende, donec in-
teger legeris. deinde fac
ut sapias. Vale.



Auctor & Libellus colloquuntur.

HEi mihi. Quid quæreris? baubâtes olfo mos
lossos.

Aude aliquid, timido gloria nulla uiro.
At nihil est morsus, & pes mihi claudicat alter.
Aude aliquid, Verso stamine fata uolant.
Non phalerata mihi roseæ pigmentula linguæ.
Aude aliquid, stolidus rhanada mundus amat.
Ecce libelle tibi non sis mihi causa pudoris,
Vndiq; floricomæ gramine prata uirent.
Pone metus, abeo, uolitans per rura per urbes,
Si rogitet quisquam, Werstemianus ero.
I tamen egregium prius allocuturus Erardum,
I liber, hoc uno Prinape tutus eris.



REVERENDISSIMO IN CHRIS-
to Patri, atq; illustrissimo principi & domi-
no, domino ERARDO de Marka, sacro
sanctæ Romanæ ecclesiæ, Tituli sancti
Crisogoni Presbi. Cardi. Archiepi-
scopo Valen. Episcopo Leodien.
Duâ Bull. Comiti Loßen. &c.

Ioannes Werstemius
Salutem.



VM aliorum seculorū pro-
cellas ingemiscenter mirari so-
leam Presul ornatissime, ta-
men hoc nostrū, si quādo pe-
nitius introspiāo, in tantam
me sui rapit cōmiseratōem,
ut uix alterū inueniri puta-
rim, qui doleat intimius. Omitto Barbarorū hostias
incursiōes, qbus, ut nihil deterius accēdat, satis cōfli-
gitur indies, diuexaturq; Christiana ditio. Intestina
dissidia loquor. Insurgit princeps contra principē,
Regnū cōtra regnū. Est & ipsis iterim formicis sua
ira. Vbiq; bellorū mine, Vbiq; plus q̄ lemmia mala.
Nihil usquā sanū est, Nihil tutum, nihil pacatum. Et
tamen hæc omnia ludus uideri possunt, & puerorū
formidamina, si cū Ecclæ conferatur turbinibus. Te-
stantur arua que loquimur cæsorū adhuc cadaue-
ribus horrida. Testantur cum pupillis uiduæ, suam
quisq; deplāgens miserā. Testantur exusta monaste

via, direpta clinodia, stuprata neq̄ter uirgines. Teā
stantur inter mallium & inaudē redacta consuet̄ie.
Detestāda res bellum, ubi corpus exanimatur. Quid
dicemus, ubi tot animarum myriades ad oraum quo
tidie trāsmittuntur? Dira sunt quæ uidemus indies,
execranda sunt, & tamen atrociora pleriq; metus
unt, ni Deus p̄piciatus auerterit. Stant in ade, suum
quisq; gladium adhuc uibrantes mināter. Feriunt,
referiuntur. lacerant, dilacerātur. uincunt, uincuntur.
Rarus est, qui non inanem uenetur gloriolā. rarior
qui calamo moderetur. rarissimus, qui non putet se
frugē tenere, alios quisq; lias, se nucleū. alios putami
na, se spūm. alios mēdaā. Ita sua defendūt oēs, ut ali
ena reijāat. ita docent, ut ex bonis, pessimos reddāt.
Res agitur linguis ueneno tinctis, agitur cōuitijs, &
obtrectatōib⁹. Nusquā charitas, nusq; trāq̄llitas, ubi
q; futilitas, ubiq; rebellionis furor. Atq; interim oēs
innocentes uideri uolūt. Nos euāgelia, clamāt. nos
magistrū habemus spiritū, nos pacē q̄rimus, & Chri
sti gloriam, Imo uerendū Antistes amplissime, ne sub
hoc Euangelij succo cuncta collabantur, pessundātur,
interiāt. Siq̄dem hic, dum in Episcopos grassatur et
summos Pontifices, dum in mores Eccl̄e debachatur
impotentius. Ita rem exenterat, quasi iam annis mil
le quingentis fere, nullū in mundo fuerit Euāgelium,
quasi se cum illud Ap̄li contulerint in cœlū, & iam
tandem in hæc discrepantia repluerint pectora. Ille
dum præripere nititur suam uenerationē sanctis, ille

Iud agit, ut neq; Deum uenerari statim citra ridicu-
lum licebit. Alius, dum libertatē conatur reddere bo-
nis, ita negotiū expedit, ut mediocres nihil ualeant.
Alius, dum operibus parum fidendum inculcat, eo p-
pellit rem intemperantię, ut Paulus apostolus pec-
casse credatur, quod ieiunijs sese conflixerit. Est
qui blateret ē pulpito, quodcumque arcam precordia
ludit. Sunt qui in dnm inos exagitant sequibiles ru-
sticos. Nonnulli uolunt auferre baptismum, Multi in
nouandum docent. Neque desunt, qui tales supplo-
dere moliantur. Videas qui confessionem clamitent
commentum satanicum, quod paulo melius inde ua-
luerit Romana curia. Videas, qui magno supera-
lio & ampullosis proclamationibus damnare non
uerentur Sacramentum Eucharistię. Et quis tam
anxie meticulosus est, qui non ausit hic, prefationis
septa transiliens, in medium exclamare? O factio-
nem exitialem, & execrabilem. O dissectam nudi-
que sectam. O uere miserrimum seculum, O quanto
felicus erat, in pressula cellula uitam uiuere mona-
sticam, quam istis rationibus per omnium ora uere
sari, Monstrari digitis, & diuer hic est, & ut & ē
φ. Sed quid relictum spei saraende concordie?
Ego duo tantum uideo, Alterum, ut refrenetur, tum
belli, tum calami rabiosa malicia. Alterum, ut à qui-
busdam moribus repurgetur Ecclesia. Et hæc si non
acceserint, periculum est, ne maiora tonitrua si-
mus experturi.

Res execrabilis uirulentia calami. Et execrabilius
corruptū sacerdotiū. Ut enim tota florens & uiuax
est Ecclia, si sanū sit & integrum sacerdotiū, ita si
des oīm marcescit, si flacidū illud sit, & inquinatū.
Et si uerū fateri phas sit, iam nimū, heu nimū, man-
cus est Ecclie status, nimium corrupta sunt oia. Cō-
queritur hoc ipsum deuotus ille Bernardus, Hodie
dicit, Putrida tabes serpit per omne corpus Ecclie,
& quo latius, eo desperatius. eoq; periculosius, quo
interius. Omnes amia, & oēs inimia, Omnes necessa-
rij, & omnes aduersarij. omnes domestica, et nulli pa-
cia. oēs proximi, & omnes quæ sua sunt querunt.
Ministri Christi sunt, & seruiunt Antichristo. Ho-
norati incedūt de bonis domini, qui domino honorē
non deferunt &c. Si hæc olim ille, Et interim uix
est consumptus dies, qui non fuerit priore deterior.
Quid dicendū hodie? Et tamen eo deuentū est infor-
tunij, ut ne queri quidē tutum sit. Ut mihi uerissima
illa loqui non liceat, nisi ad primāpem tam pietatis q̄
religionis obseruantissimū. Et qui deplangat ex ani-
mo corruptissimi seculi ter miserā fortunā. Multos se-
duxit Lutherana factio. Sed infinito plures lubrica
multorū sacerdotū uita. Audio clamantes innume-
ros. Nos ne credemus Papistis. & curtisanis, Episco-
pis, & sacerdotū contaminatis collegijs? qui cum lux
esse mundi deberent, tenebræ sunt. At ij, nisi tantis
omnia uicijs p̄streperent, cōuersa mihi palinodia
cantarent. Nos ne reiāemus illos, quos tāta & lebrī-

ate festiuat Ecclā, uirtutis glia præstātes uiros, &
credemus rhanādis illis Lutheranis, qui diffidant o
mnibus? Nos ne refutabimus illos, qui dæmonū cie
cerint, contractos erexerint, cæcos illuminauerint,
mortuos excitauerint. Et Lutheranis adhærebimus
qui ne passerulū quidē, parumper claudicantē sana
re unq̄ potuerint? Ita clamarēt inquā, qui nūc ambi
tione, fastu, auaritia, & luxu, multorū sacerdotū ex
oculati diuersam partē adiuuant, Et malunt etiā sa
cramēta negare q̄ inexpugnatū relinquere, quicq̄d
emolimentū adferre possit ecclāstico cœtui. Quibus
aliud respondere non possum. Nisi, Si non fit, quod
decet, Non igitur esse desinit, quod existit. Sed da ue
niam Princeps illustrissime, si tecū fusius colloquor,
Scio te melius oīa scire, q̄ ut opus sit audire Werste
miū qui balbutiat. Quum tanta doctrinarū omniū
gloria polleas, ut ambigi possit, eruditior ne sis, an
eloquentior, doctior an sapientior. Tria sunt, q̄ ob
rem ad te potius, q̄ ad aliū scripserim. Primū qdē,
quod deligendus erat princeps potentissimus, qui li
bellulū hunc nostrum libenter admitteret, & cuius
clypeo anciliq; contactus p̄diret in publicū. Deinde
aūt, quod argumēto sepe aliquo declarare cupiue
rim animū istū meum, erga illū, cuius ego semp̄ opta
ui clientulus fieri. Postremū uero, quod eximia illa
tua sapientia, & inquinata religiōis celebritas, unī
uersum fere christianū orbem, in tantā tui uenerati
onē p̄traxerint, ut nulli clarissimorū Antistitū sis

A iij

comparabilis. Te multi dicunt alterum esse cum inuictis-
simo Carolo, in quo nitatur Ecclesie tranquillitas, qui
dispersa recolligat, amissa recuperet, errantia redi-
cat, collisa resarciat, prostrata releuet, infirma stabili-
at, utilia foueat, noxia repellat. Et uerissime quidem
illi. Nam experientia tibi inenarrabilis, et ingenium
in rebus agendis dextrimum. Tibi fides, et iudicium
omnibus in rebus apprime perspicax. Tu non mi-
nus auxilio polles, quam inaudita consilij prompti-
tudine. Tu placidus, prouidus, orphanorum adiutor,
pauperum pater, maxima semper cogitans. Et sicuti
ad uindictam lentissimus, ita promptissimus ad bene-
ficentiam. Et sicuti nec crista tibi erigitur in prospe-
ris, ita nec deprimitur animus in aduersis. Eximia
laus est, amabilem esse summatis et illustribus ui-
ris. Tu apud inuictissimum CAROLVM, nulli Cae-
sarum imperatoria uirtute comparandum, es impe-
trabilis. Praecipua laus est, honoratum esse ab rege
quouis. Tu Maieitati Caesariae omnium augustissime,
honoratior es, gratior et acceptior, quam apud Alexan-
drum olim Aristander, quam apud Sapiionem praesulgi-
dus ille Panetius. Egregia laus hodie, si cuiuslibet E-
piscopi functio, uel paucissimis placeat. Tua uero
uirtus, et immaculabilis religionis obseruantia faci-
unt, ut dignissimus plane sis, quem omnes ita admi-
rentur, ut eundem et ament. Audio Principes ali-
quot, qui nihilo socordius Ecclesiam dissipant,
atque Holofernus olim et Baltazarus. Tu rector

Ecclesie, Tu illustrator existis. Tu perinde atque
Hebraei illi, Esdras, David, & Solomon, preciosis
clivodijs, & ornamentis prestantissimis eam exorna-
nas. Neque tamen Evangelicam professionem meti-
ris ex ceremonijs & externis operibus. Sed affectu,
sed pietate, & officijs, quibus pauperes & afflictos
equanimiter subleuas. Et quanq̄ difficile sit inculpa-
tum agere Primapem, multo uero difficilius omni
ex parte absolutum Episcopum. Tu utroque distri-
ctus, rem ita prospicienter attemperas, ut non mi-
nus reipub. administratione, quam episcopatu sis mo-
strabilis. Quod in curru gubernator, id tu prestas
in tua repub. Quod in puppi nauclerus, siue nauar-
chus, id tu prestas in tua Ecclesia. Video sparsim,
qui in fidem nostram impune delatrentur, absit au-
tem, ut in tuo regno uel hiscere Lutheranus aude-
at. Multos habuit precellentes uiros Leodiensis Ca-
thedra, & estimatione, & gloria dignissimos. Si uel
inter sese, uel cum alijs Episcopis comparentur.
Te cum autem collati (absit tam mihi, quam tuis
castissimis auribus adulatio) gradus confestim alio-
quam multos subsidere cogentur. Nec ista mihi di-
cuntur, quasi tu illis offundas tenebras. Sed quod
inter illa clarissima lumina, tu clarius elucens, emi-
nentiusq; multum illis ornamentis, multum decoris ad-
feras. Gratulor pfecto meis Dalemesibus, gratulor et
Lymborgensibus, & Valkenburgensibus utriq; uicinis.

gratulor tuis Eburonibus & drœuiacentibus undiq;
terris. Quando tu nobis datus es tanq̄ sydus aliquod
augustissimū. Quando tua maxima prudentia factum
est, ut regiones istæ, plus nimium ad arma precipites,
iam olim uianis bellis p̄p̄modū exenteratæ, Nunc
optimis legibus, pace inter sese, & concordia flore-
ant. Nimum p̄fecto sit inuidus, nimum inhumanus, &
uirtuti contrarius, qui non amplectetur eum, quē ita
uideat p̄petuo pacis studio, tēperantia, liberalitate,
clemētia, fortitudine, atq; id genus uirtutibus, in ho-
mine raris, in Prināpe rarissimis conclarescere, ut
cum eo natæ & nutritæ uideantur. Quid miri, Si
te alterū esse clamitent, in quo consistat Ecclæ con-
cordia, qui sceleratissimos in ea mores exterminet,
qui antiquæ uirtutis ordinē, ex tantis abusionibus,
tantis corruptelis, tanta rerū oim deprauatōe redi-
cat? Quō enim non audiat eum in re tam egregie sa-
lutifera Christianissimus ille imperator Carolus, au-
ius consilio, auctoritate & inexplicabili prudentia,
res sæpe maximas & aggressus est, & gloriose cōse-
dit. Sed Deum immortalē, quot hic uideo benenolos
qui Sycophantā me clamitabūt & condēnandū pla-
gij, qui tāto Prināpi summis imperij rebus occupatis-
simo, intēpestiuus obstrepam, & tuas illas depura-
tissimas aures, hac ineptula mea tolutiloquētia offen-
dam. At ex parte tua peccatū est, si quid peccatū est
antistes amplissime. qui quū sis oim ornatissimus, &
omnijugis, tum corpis, tum mnimi dotibus exaltus,

tanta tamē philantropia, tanta comitas tibi, ut non princeps, sed par infimis esse uidearis. Sunt nonnulli Episcopi & praelati, quos aposcopos & cyphas uerius fortasse dixerim, qui quū nihil habeāt quod ad episcopatū attineat, prater infulā & bicornē mitrā, qui ppter rusticitatē ignorēt, qd sit uel episcopatus uel praelatura. Adeo tamē austeri sunt, adeo supbi, ut à magnis rabbinis salutati, uix resalutent. Tu aut, quū ille sis, de quo sibi maximū quid pmittit Christiana ditio, tanta tamē humilitas tibi, tanta in congressū affabilitas, ut abiectus iste Werstemius diffusiori tecū epistola colloqui audeat. O mentē oibus numeris felicissimā, quā non clarissima maioris stemmata, ditiois amplitudo, tanta de se aestimatio, tanta fame celebritas, tanta totius corporis heroica praestantia submouet. Sed dabitur olim mihi (ut est in uotis) ista latius psequi. Interim accipe quæso benigna fronte libellulū istū meū reuerendissime pater, tuæ celsitudini ex animo dicatū. Hoc enī si feceris, dictū mirum, quantū animi, quamū ad bonas literas adlubescentiæ contuleris tuo Werstemio. Imo uidebis olim fortasse, ut arrogantiuscaule dicam, eos ex Mosa tuo defluētes riuulos, quibus uel turgidus iste Rhenus adhuc inuideat. Non me fugit abiectius esse munusculum. q̄ ut tanto Principi dicandū fuerat. Sed humanitatē tuā uideo, q̄ damnū resarciat. Ea enī agit, ut nō tam donū, q̄ donantis aīm amplecti studeas. Ut autē accensione saltē aliquātula maiorescat, id quicquid est

xenioli, me ipsum quantum quantum sum, tibi trado.
Quod amplius largiar in presentiarum habeo nihil.
Vale, et gratiam Dei, quae largus in te diffusa con-
spiciatur, negligere noli. Sed da operam, ut nec Chri-
sti gloriae, nec uerbo, nec Ecclesiarum profectui, paci,
et tranquillitati, quouis modo desis. Ego quantum
in me erit, Deum Opti. Max. in desesse precabor, ut
te nobis maxime longeuum esse uelit, et sem-
per felicissimum. Iterum uale dulce de-
us, atque unicum praesidium meum.

Coloniae ad ipsas Iulij Kalen-

das, Anno partus uirginis

nei M. D. XX

VIII.

IOHANNIS WERSTEMII Da-
lemensis aduersus Lutheranae sectae Re-
natum quendam, de Purgatorio, &
aliis quibusdam axiomatis, Di-
sputatio longe elegan-
tissima.



T SI SYNCERA CHARITA-
tas non emulatur, nō inflatur,
sed omnia sperat, omnia susti-
net, uti refertur apud Paulum
planè diuini loquū. Non mihi
tamē temperare possum Re-
nate, quā tuis istis ineptijs,

i. Cor. xij

(dicam enim statim quod sentio) acrius aliquanto q̄
par ex postulat, respondeam. Tum quod omnibus
ὅτι ἄρ' ἐπὶ γλῶττι αὐτῶν ἐλθοί μοι in cogitantijs effunde
re liceat (quando fuit enim hijs diuerbijs uel hora cō-
petentior, ἐλευθέρα κορυφα χέζ' ὄπισθε λείβει. Βη-
ζην & παρ' ἑστιά)? Tum quod immerentē me, & tibi,
ne uel ex pictura q̄dem notū, erroneae fidei redargu-
as, quouis interim Horeste insaniore occlamitās, qui
ineptire nondū desinā, blitteū uocans atq; betacē, q̄
āimmerijs tenebris oculos in tantum obuolutos habe-
am, ut media semp in luce caecutiant. Hoc inquis ad-
gion, ὄνοε πρὸς λύρα, ad amussim in te quadrat, q̄
tāta ingenij uiua atate polleas, tanta praestes eruditio-
ne, tamen ad hanc dulcissimam Euangelij citharā ex-
citari nequias.

i. q̄cqd in lin-
guā uenerit.

i. corcyra li-
bera, pin car-
ces ubi uelis
i. bizani li-
bertas.

Feliciter errat
q̄ cū Ch̄ro
errat.

Asinus ad
lyram.

Suspecta Lu
theranorū do
gmata.

Parē prudētis
hoīs est, mal
le cū picfo lu
theranis fide

Quæso Renate, paulo me tractes humanius, & te
metipsum tandē aliquantulū reprime, ne lapidē cal
casse nos clamitent a cane morsum utriq; benenoli.
Non infior errare me, si modo is errat, qui ne crinī
culū quidē latū, ab Eccl̄e præscriptis unq̄ discesse
rit. Non infior errare me, Sed in hunc errorē, me
sanguis martyrū, me præter naturā miracula, me pa
tres, me Ap̄li, me deniq; Christus ipse ueluti manu
apprehensa p̄duxit. Hanc si tu uocas insaniam, facile
concesserim, me uel Aiace, uel Horeste, plus millies
insaniorē. Hoc si est ineptire, hoc si est cæcutire,
habes Werstemiū Renate, ne mutientē quidē, nedū
reclamantem. Quod si ab hijs me ineptijs reuocare
studeas. Est quod operā p̄das & impensam, Est qd̄
frustra atharā teras. Siquidē ego οὐδὲ πῶς λύγῃ
nihil exator. Quamq; hoc uno non parū cōmoueri
possem. quod me, quū asinū dicas, tanto tamē hono
re digneris, ut ingenij mihi uiua atātē, uariāq; tribu
as eruditionē. Valeat Apuleius nugator ille, qui, ne
aureo quidē, suo asino, tantū unq̄ tribuerit.

Ego mi Renate in tantum asinus sum, stipes, cau
dex, atq; etiā si uoles fungus, ut cum sanctis patribus
errare p̄p̄modū malim, q̄ tecū recto p̄gredi trami
te. Ita mihi planē suspect' est ille uester obstreperus
genus. Atq; adeo, quid attinet, uobiscū tam egregie
sapere, si hac nostra insania, hijs nostris ineptijs, tot
sanctorū myriades sibi cœlū conq̄suerim? Equidem
id quādo taātis oculis intueor, simul etiā nonnulla

in sacris literis reconditiora considero, quod ut ingenij
mortalis acumine penetrari ualeant. Non possum non
uehementer periculosam hanc in te pertinaciam, demin-
uari dicam, an improbare? Qui opiniones illas tuas,
adeo ratas incoscissasque; asseruare annutaris, ut oim
oratorum mellitissimis argumentis elidi nequeant, tam
meti in caueam, uti pullum gallinaceum, te conclusum, am-
birent seduli.

Et Immortalem Deum, quo peruentum est dementa-
tionis hodie? Quanta regnat ubique; pertinacia, quanta
stulticia, quantus furor? Innumeros audeo $\alpha\gamma\gamma\upsilon\beta\epsilon\pi$
 $\eta\chi\lambda$ $\pi\omicron\sigma\phi\omega\beta\epsilon\pi$ ad pallorem, ad conuidia, ad sputa, ad
pugnas inuicem digladiari, hunc pro suo Luthero,
illum pro suo Carolstadio. hunc pro suo Capitone, illum
pro suo Baltazaro. Alius Oecolampadium, uix dixe-
rim quanto conamine molitur extollere. Inuenias
qui sese Butzeranos gloriantur. Non paucos etiam
qui Brentianos. Neque desunt qui partes agant in
signis illius Kautij. Vidimus hic quedam eo pductum,
infantiae, melius fortasse dixerim quam obstinationis, ut
quam admonitus saepe, et reprehensus palam, citius
tamen agello cedat paterno, quam illaudatos relinquat su-
os Martinum et Melancthonem. Qui tametsi mihi uis-
sus est ineptus adeo, ut plane indignus sit, de quo
uel contumeliae causa uerbulum unum prodigatur. Volui
tamen eius exemplo comonitos et alios quosdam, uti
posthac aliquanto paraus mihi praedicet, tenebrico-
sum illud et erratile Wittenbergicum specus. Et ta-

re, quoniam constat
tot esse salua-
tos in fide no-
stra.

Tanta Luthe-
ranorum pertina-
cia ut opinio-
nem cui sese se-
mel addixe-
rint, relinque-
nunt.

si. cominus at-
que eminus.

Vides lector
dissectam istam
planamque tum-
tuariam sectam.

Exoculata
Wittenberga.

men haud scio quid illic spiritus habeant. Adeunt ex nostris plerique Wittenbergam, ipsis etiam suis indocti magis, immo fungos diceres & caudices. Sed a deo regrediuntur impese theologi, ut de re quavis audeant, non disputare modo, sed & iudicare atra ambiguitate. etiam si nisi diem alterum illic manserint, uiderintque semel duntaxat, uel ex longinquo, illa grossa & mirabilia capita, Martinum Lu. Philippum Melan. Bogenhagium Pomeranum, & alios eiusdem farinae polihistoros.

Id hēt sibi peculiare Lutherana factō, ut de re quis iudiciū pferat citra contro uersiam.

Si queras quid de ieiunio censeant, hic euestigio tibi Paulinum illud adducunt, Exeratio corporis ad modicum utilis est. Et illud Euangelij, Regnum Dei non est in cibo & potu. Si mentionē faciās de carniū esu, rursus Euangelium citat, Quicquid ingreditur per os, non coingnat animam. Et ex Paulo, Omne quod in mercato uenditur, edite. Si pbas castitatem, Melius est clamant, nubere quam uri. Mitte traditiones humanas, uel audies statim illud Mal. 15. Irritum fecistis mandatum domini, propter traditionem uestram. Aut illud Iere. 23. Visionem cordis sui loquuntur, & non de ore domini. Quere quod uolueris, semper habebunt, quod indubitanter respondeant.

Germaniam occupatissimam esse, in propagandis Lutheranorum nenijs.

Rursus audio qui mihi sic dicant, Vides Werste Remi, quod nihil habeant sacrae literae, quod non sit pessimum nostrae Germaniae? Vides ut illic Theologia

restoruerit? Quid tu mihi praedicas orthodoxos patres? Quid eorum iactas commentaria, tanquam ad Ecclesiam Christi pertinuerim? An non illi stupidi, si conferantur cum nostris? Mendacia sunt quae docuerunt de confessione, de poenitentia, de satisfactione, de purgatorio, et similibus nugis. homines erant, et humano. i. mendacia loquebantur spiritu. Hic quum alias ego uerecundius dicerem. Fateor, homines erant patres, subintulit quaedam euestigio, Atque ineptissimi, Tum ego stomachosius aliquanto. Et quid Lutherus tuus est, inquam, diabolus? Nequaquam ille, sed Euangelista plus quam seraphicus, crucifixus a Papistis et Curtisanis, et resurrexit tertia die in cordibus Lutheranorum. Cuius passio sic incipit. Egressus est Lutherus trans flumen Rhenum cum discipulis suis, et intrauit WORMATIAM etc. Et cum dicit, manum inserit in peram, depromens mihi, nescio quem, delicatum libellulum. in cuius cooperatorio scriptum erat. Verbum domini manet in aeternum. Intus autem, tunc ad plenum exarsa conspexi, quae dixerat ille. Et erant addita, uulgata quaedam carminula de natiuitate Iesu, in opprobrium et ignominiam sacerdotum uersa. Quem ut uidi, eadem mihi contulit ingenium. Tum ille, quid stupes, inquit, talibus libellis tota scetet Germania. et nisi uererer ne quem offendam (hic enim audiunt male qui Lutheri sunt addictiores paululum) indicarem tibi lepidissimas sannas, in Papam et Episcopos, in monachos, et omnem illam ecclesiasticam abominationem. tum adsunt mihi discipu-

pestiferis
bellis tota ger-
mania scetet

B

tationes

Nihil morantur
dummodo latius
propagetur illa
perdita factio.

rationes & apologiae sine numero, quibus oibus ad eos
sibi adlubescat nostra Germania, ut per paucos illic
inuenias, qui non & capsulas habeant plenas & scri-
nia. Ad haec dum ego composito interim animo nihil
comouerer, supplaudere uisus sum tam nephando co-
natui. Produat illico dialogos aliquot, tum latinos, tunc
etiam uersos germanicae, picturatos quidem & elegantu-
los, sed intantum alienos ab Euangelio, ut ego nunquam
uiderim execranda ludibria. Laudauit tamen, &
rogauit num quid haberet recentius. Quid ni habeat,
inquit, uides ne haec gallica scripta, ut ubique suis inter-
persa figuris ridem? Ad Leodienses illa clanculum
defero. Ad Lymborgenses. Ad Namurcenses, ut &
ipsis quoque tandem incipiat dulcescere lutheranum
Euangelion.
Sed uide uesaniam renate. Vide Germanos tuos, in
propagandis ludicris occupatissimos. Quis hic non mi-
retur? Quis non comouetur? Quis non praeter scri-
bendi morem in ipso statim exclamet inuicem? O millies
deploranda Germaniam. Siccine tibi lumene ademptum
est, ut in his tam perspicue friuolis etiamnum lippis
as? Siccine tibi demetatus est animus, ut reiectis & co-
spurcatis tot illustrium uirorum scriptis, nihil amplectaris
praeter rixosos & pestiferos libellos, praeter apolo-
gias & execrandas tragedias? Quid dignius passione
domini, quid magis salutiferum? At eam cur tu uertis
in iocularium scomma? Quid est, si haec uesania non est?
Esto, reputas uertentem indignum qui uiuat, dignum
plagijs

plagijs, & in quē aduertat lex scatinia. Sed cur apud
te scaturiunt tot impij libelli? Cur prostant? Cur ar-
cunferuntur? Quid in omnes fere transfunduntur li-
guas? Quid est quamobrem talia sustineas? Num ti-
mes ne non pernoscat mundus tam excordem uesca-
niam? Accedat amabo renatus quisquam, & dicat bo-
na fide mihi, quid sibi loquatur sua conscientia, quo-
ties ista cogitationis introspectat oculis. Quoties in-
mentem subit quā hinc egregie fluctuet misere
Christiana tranquillitas.

Videmus aliquāmultos, qui breui futurum sperent,
ut Lutherani palmam obtineant, ut christianus or-
bis in Lutheri sententiam pedibus eat, sed bonum
& piū, qui id diceret, uidimus hactenus neminem.
Euangelio, clamitant, credimus, Euangelio? Et ta-
men nihilo scius uiuunt, quā si de falsitate Euan-
gelij non dubitarent. Quere, si placet, cur tam in-
uersos habeant mores. Cur intantum uiuant perdi-
te, Et audies, non refert, sola fide sumus purissimi
Christiani. Et reuera quos ego hactenus addictos
uidi Lutherano senatui, nisi fidem egregiam habe-
ant, quid tum habeant, prorsus ignoro. Contempla-
tus sum mores, uidi corruptissimos. Annotauī di-
cta, nihil unquam audiui, quod esset uirulentius.
Rogauī totius uitæ periodum, agnouī uanam & fru-
tilem, & ex omni propemodum parte illecebrosam
peccati, & in expugnanda semper uirtute positam.

B ij E diuerso

Semp hnt lē-
ma q̄ possint
excusare qdli-
bet si credere
uoluerimus.

Id quod erat
in primis cu-
randū, con-
uentia qua-
dā atq; incu-
ria prętereūt
principes

Ignorāt mul-
ti, quid et cui
credere debe-
ant.

R S cur scrip-
serit Vuerste-
mius.

Ediuerso, uidemus hic & doctos & pios, qui nunq̄
affore sperēt ut maiores nostri damnētur heresios,
Immo pertrudantur, clamitāt, in confluentem Cocytū
& Flegetontis Lutherana dogmata. explodatur radi-
ātus illa perdita factio. O mores exclamant, O tem-
pora, nōne satis insanitū est? Vbi proceres Ecclesię?
Vbi Christiani primāpes imperij? Cur obdormiunt?
Cur dissimulant? Cur non auferunt e medio tam
execrandā sectam? Et exclamant aliquot impuden-
tius. O subdolum Christum. O deceptam Ecclesiam. Si
iam annis fere mille quingētis, nullus extiterit inter
tot miraculosos uiros, qui ueritatē sciret, sed iam tan-
dē inter Bohemos, inter Saxones & Hessos, unus sit
aut alter, qui sciat omnia, qui spiritū sanctum habeat
solus. Quod quidem Renate si maxime uerū esset, ta-
men ridiculū apparet. Et iterum uideas, qui neutro-
bi habeant stabile stabulū, sed inter utrunq; cōstituti,
torpentes interim & frigidi, quasi sup̄ ademambu-
lant nouacula. consultantes in maximo dubio, utris
inclinaturi sint. Non audent accedere Lutheranis,
qd̄ uideāt dissectam sectā, & tumultuariā. Neq; faci-
le reapiūt presentē Ecclesiam, propter ambusiōes
multifarias. sunt enim inter nos innumeri, qui nihilo
secius uiuant q̄ si fides Christiana diliramenta forēt
& aniles fabulę.

¶ Hijs omnibus lectis, auditis & uisis, adeo (me her-
cule) discrutior animo, ut tametsi non ijs sim, nec ea
uel auctoritate, uel eruditione cognobilis, qui uel hi
scere

scere semel inter eruditos, & tantū non loqui, debeat.
appulerim tamen, etiā reclamante Minerva, ad scri-
bendum animū. Et gaudio mihi tandē porrectam oca-
sionem dicendi, quid in hanc controuersiam semper
dictauerit animus. Ad te certe nihil respondere con-
siliū fuit, etiā si stilum in me strinxisses, multo q̄ fece-
ris amarulentius. Neq; uelim hoc noie tibi clanculū
blandieris, quasi tuæ scriptionis gratia, laboris id
quantulūcūq; suscipiam. Quid enim mihi tecū in-
tercessit unq̄ uel bonæ uel malæ rei? Quid mihi tecū
aut seritur aut metitur? Tu nomen tuū suppressis, &
appellas te renatum in Lutheranū Euāgelium. Sis iā
Lutheranus, sis apostota & refractarius, sis renatus,
sis rebaptizatus, sis quāq; uolueris, manum ego nō
uerterim, neq; pluris cum facio, cuius ductu tā impu-
dentur amare debachatus es, in ignotū tibi Werste-
mium & immeritē. Ludens ille quidē, sed utinam nō
perinde ex animo, ac uere ridicule. Non me fugit q̄d
hominis sit. Et nisi me deapiat mea suspicio, tu quon-
dam eras monachus & nunc inter mulierculas & ol-
las carniū potiris Lutherana libertate, quā Euan-
gelicam mentiris. Sit mendaciū, nisi nuper dum esses
Leodij, uisendæ ciuitatis gratia, aderat tibi delicatū
la q̄dā Erfördiensis Gretula. Ne stomacheris lector.
Consuetia mille testes. Sāt illa prorsus, quod nihil hic
odio dederim, nihil stomacho, nihil dixerim aut in se-
stanter, aut maleuole. Et scio q̄ sit impudenter uanū,
amerinā uitæ mouere, ubi de dogmatib⁹ agitur. Nisi

B iij propte

propterea plane dixi. Oportuit me cōmonescere
nonnullos quatenus introspidant penitus aliquanto
quàm à sanctis patribus differentes sunt, quibus id
ætatis tã facile creditur. Iactabat iste libellos bliquot
aduersus Ecclesiam à se conscriptos, & nisi falsissim
us sum, agnosco dictionis geniũ, agnosco uirulentiã,
uel ex prima sue scriptionis ad me partiula.
Negat in ipso statim initio purgatorium, atq; equidẽ
tam constanter, & intrepide, quàm si concoxerit in
mortario quicquid adferri possit in contrarium.
At amabo te, Renate aufer identidem ipsa tartara,
quo liceat omnibus errare securius, quo libertas illa
uestra, quam Euangelij pretextu mentimini, in offen
sius luxurietur. Omnia clamas quæ scholasticorum
illa perdita natio pro suo purgatorio statuunt, ab or
thodoxis patribus ad presentis uitæ tragediam ac
cummodantur. Non abnuo, sed illud agunt tanto mo
deramine, ut nescias utri magis sententiæ faueant. Hoc
illi prudenter, ut omnia. Quod potuit quisq; in me
dium attulit, semotis tamẽ contentionibus, idq; statim
candidissime est amplexatum, est discussum àtra ran
chos & inuidiam. Rarissimus inter eos extitit, qui so
li sibi tantopere placeret, ut aliorũ scripta uel clan
culum carperet, qui non potius emendaret, q̃ excusa
ret, si quid elapsum fuisset incogitantius. Nulla inter
eos φιλαυτία, pertinacia nulla. Nihil unquam
disputatum est rixosius, semper candor, semper ani
mi

mi Christiani mansuetudo & sinceritas. Non fuit in-
ter eos, ne unus quidem, qui non à ueritate semper
affectaret sese uinã. At quamobrem illud? Nempe
quod considerarent, adyta quaedam in sacris literis
retrusiora, quàm ut humano captu penetrari ualeãt
quod considerarent humanum ingenium alioqui sa-
tis perspicax, imbecillius tamen atque fragilius, quàm
ut in rebus diuinis pedem figere possit. Siquidem hic
tãto magis semper & magis, aut caligamus prorsum,
aut certe hallucinamur, quanto profundius ingressi
fuerimus.

Sed hæc ætas, inquis, peritiores habet, quàm ut usq[ue]
æspitent, & tamen rarus est, qui non omnia quæ de
purgatorio dici possunt, ad presentis uitæ carnifici-
nam referat. Hoc faciunt, Renate, atq; adeo moridi-
cus, atque adeo argute, ut existimem ipsi Paulo opus
fore alio spiritu, si cogatur cum eis disputare de pur-
gatorio. Quid est putas, quamobrem hic obiter
de patrum concordia scripserim? qui tam placide
scripturas paulo superius citatas in utramuis senten-
tiam adduxerint, tam cãdide inuicem tractauerint,
tanque Christiane diuini spiritus negotium gessæ-
rint. Etenim quod uideam sparsim exoriri non pa-
rum multos theologos, qui paternis atius bonis cæ-
derent, quam ut inexpugnatum permitteret quicq[ue]
ad assertionem purgatorij pertinere uideatur.

B iij

Quant[um]

Imbecillior è
humana rō, q̄
ut rimari q̄at
theologicas
abissus.

Ne Paul⁹ qd̄
aduersus Lu-
theranos.

Nihil ē philo-
sophia neque
testabili⁹, ne-
que magis
execrabilis.

Quamq̄ omnia quæ faciunt non minori defensione su-
per alio, scribunt, rescribunt, disserunt, replicant, uin-
cunt, reuincuntur, confundunt, confunduntur, rarus est,
qui morderetur calamo, rarior qui non amarulentis
sateat & rixis, Rarissimus qui sibi non magnopere
placeat, hoc est, qui se imprimis sapientissimum non
arbitretur. Quo quidem uicio, adeo infatuamur ho-
die, adeoq; ab ipso rationis tramite abducimur, ut
errata nostra uel stolidissimo pretextu defendere
potius, q̄ corrigere audeamus, ut aliorum scripta ma-
nifeste, nedum clanculum, decerpamus, tantum abest ut
comiter interpretemur, ut eos etiam foris defendamus
quos domi tamen non probamus. Hoc uicium, in quosdam
nos tam reddit maleuolos, ut nihil tam apposite dici
possit, quod non aliqua ratione conuellamus. In quosdam
nos adeo reddit uarios, ut partim probemus, partim
improbemus, partim uix admittamus, partim peni-
tus reijciamus. Si quid offendimus dictum paulo im-
porunius, rancoros confestim exasperamus, Si quid
forte reperimus scriptum ignoratius, super alia mox
subducimus. Si quid sit quod delectet. Hoc unum con-
spicatis ceteris pertinacissime amplectimur, nusquam
candor, nusquam Christiana tranquillitas, at quam ob-
rem tandem? Nempe φιλαυτία, stultitia pene di-
xeram, ueluti Theretianus ille Dauidus, interturbat
omnia. Sit mentitum, nisi sic esse plane perspiciamus.
Quamq̄ illis fortasse minus recte dictum uidebitur,
quibus nihil recte dici potest, quod ab eorum cerebro
uel

uel pilo discrepat, at hij sunt quos dicere uolebam,
Isti enim tales, hæc tonitrua nobis conātant, quibus con-
quassatur adeo bis misera germania. dum omnia mo-
liuntur confundere ut sua statuunt, & soli sapere uis-
deantur, dum nihil est, neq; in cælo, neq; in terra,
neq; apud inferos quoq; quod non, uel uiderint, uel
audiuerint. Immo literas omniū habēt. si queras in-
spiciēdi copiam, aut in plicæ pilij detinētur, aut domi
habet eas risus, uel ex pera depromptas ostendunt.

Literas & omnem sciētiam habent, Siqdem in græ-
corum libris, nihil est quod addubitent, Hebræas uo-
ces, tam apposita labiorū gesticulatiōe conānnāt ut
ne Esæras quidem suum

uel

rectius unquam protulerit.

Et quid haberent latinorum uolumina, quod eos
latere posset? quum rerum omnium sciētiam,
atque illarum potissimum, quæ ab homine sciri uix
possunt, adeo calleant strenue, ut cum apostolis ipsis,
etiā Christo iudice de re quauis ausint contendere?
Laudabilis eruditio, laudabilis uariarū sciētia rerū,
at stulta est, sciētiarum illa trasonica iactantia. per-
niciosa diuinæ sciētiæ cauillosa finitio, execrabilis
illa in iudicando temeritas. Philosophos Lactanti-
us taxat, stultos eos & insanos uocās, qui lunam &
stellas quanta sint metiri conarētur, tametsi oculis pas-
teant. Quid illis faciēs, qui domi sedentes in empirico
cælo qd agatur disquirāt, teneantq; memoriter pror-
sus, quid sentiat incomprehensibilis ille Iuppiter?

B V

Obstu

Mira Luther-
ranorum iac-
tancia.

Omniscij
Lutherani.

Aduersus gē-
tes li. tertio

Obstupescens Paulus exclamat, O altitudo diuitiarum sapientie & prudentie dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & imperuestigabiles uiae eius. Quis cognouit sensum domini, aut quis consiliarius eius fuit? Et quis non dicat Paulum fuisse stupidissimum, si cum hoc hominum genere conferatur. Raptus est in tertium caelum, uidit & audiuit archana dei, & tamen adhuc dubius exclamat perinde atque omnium ignarus. Hodie, deum immortalem, quam perspatia sunt hominum ingenia, nihil audiunt, nihil uident, nusquam pedes mouent, & tamen omnia sciunt atra controuersiam. Ea quae Paulus in caelo comprehendere non potuit, isti in cubili sui reperiunt angulis, comorso semel Pollice pernoscent. Quaedam esse in Paulo graua atque obscura Petrus scribit. An non rudis Petrus? an non rude illud saeculum, si comprehendere nequiuerint, quae bubulae hodie atque oratores tam assequuntur facile? Queras ex Hennone quouis, quantumuis saxeo, num sit ieiunandum, num sit a carnibus abstinendum. Videbis quam probe inspecto suo uernaculo libello scripturas citabit. Queras ex quibuslibet quicquid libuerit, habebunt semper quod atra ambiguitatem respondeant. Egregie interim gloriates, quasi mortua olim theologia, iam tandem reuixerit, posteaque per omnes transfusa linguas, simplex ac nuda praesentes hominum oculos subire cepit. Clarior est, inquit, quam ut ullo egeat interprete

Ro. xi.

ij. Cor. xij.

ij. Pe. ij.

prete

prete, vulgari sermone, rusticoq; tradita. Audis Cypriane? audis Hieronyme, quam superuacaneus labor uester, q̄ irrita diligentia? Diluadior est scriptura, quam ut enodari debeat, q̄ ut quisquā hallucinari possit. An nō stupida uestra ingenia? qui in tanta scripturarum claritudine, tam infantiliter ineptueritis, tam ositanter exorbitaueritis? tantos labores ubi nihil opus erat, exanclaueritis? Varijs scientiarum exercitijs obruti, uigilijs pene & laboribus enecti nondū ea percēpistis quæ iam ad pensa percipiunt anicula. Quid dicemus? demirabimur ne uestram scilicet, an potius arguemus ignorantiam? Neque hoc neque illud quidem. Immo defleamus nostram amentiam, comploremus uesaniam, qui carnali hoc & misero tempore flaccida nostra & inuida pectora spiritum domini habere credamus, quem tot sanctis patribus defuisse contendimus, qui gloriemur, sacratissimam illam scientiarum alumnam, in nostra tandem reuixisse Germania, quum nullo unquam seculo, nusquā magis indignioribus sit tractata modis, quam inter Germanos hodie.

Philosophiam in Germania
miserrime tractari.

AT hoc si cui dicere uideor falsius, agedum, aliquanto penitius rem introspiciamus. Petit Theologia pacē, at quādo plus quam hodie in rebus fidei digladiatum est? quando plus oblatratū? cōuidatū, insanitū? Exoptat castimoniā, immo nusquā
magis

Nulla maior
stultitia, q̄ si
credam? spm̄
inē discordes
esse Luthera
nos quē tot
sctis defuisse
cōtendimus
patribus.

Libertas euā
gelica in car
nis est muta
ta delicias.

magis sese reficiat & oblectat, q̄ castis mentibus. Quan
do uero liberius unq̄ in uenerem despumatum est?
Quando impunius est oblata quibuslibet libido? Quis
Calliphon, Quis Epicurus, Quis Aristippus docuit
unquā naturalius uiuere? Affectat theologia illesam
amicitiam. At hodie, deum immortalē, q̄ refrixit ger
mana charitas, q̄ exundat iniquitas. Habet illa unita
tis & concordie spiritū, unicū ueritatis assertorē. quo
nimirum sanctissimos suos interpretes, olim edocuit,
tam consona, tam undiq; sibi coherentia conscribere.
Sed o summe sol, quanta iam discrepantia, quan
ta tumultuatio inter eos principio qui sibi hoc noie
uehementer adulantur, quasi nobis Theologiā ab an
tipodibus reduxerint. Non refutat aliquoties purga
torium Lutherus. At e sacris literis negat probari
posse. Id penitus exhaurit franciscus Lamb. ac nihilo
quidem socordius q̄ si bullam eius rei possideret ab
Aaco missam et Minoc. De cena domini Iudaice sen
tit Oecolampadius, Bohemice Butzerus, utcunque
Brentius. Nonnulli in multis græce sentiūt, Quidā
etiam arabice, Neq; desunt opinor qui prutenice
quoq; sentiant. Inter hos ueluti aper siluestris ob
grunnit Carolstadius. obgannunt aliquod impuden
tius. obstrepunt multi rixosius. Hic liberum peni
tus arbitrium tollit. Ille solum ad mala perpetranda
concedit. Alius utrunq; mordacissime conuellit bo
na pars opera nostra nihil ad rem facere contendit.
Alibi uideas quosdā $\mu\omicron\gamma\omega\tau\alpha\tau$ & qui dicant, orare
ieiunare

ieiunare, elemosynas elargiri, cōtiones audire, atq;
id genus pia opa, peccata esse mortalia. Rursus quos-
dā inuenias qui uenialia solū asserāt. Deniq; utcūq;
res habuerit, confligitur, laceratur, disrūpitur, melli-
litissima omnis prudentiæ largitrix Theologia, atq;
deploratiu melle cuplo, q̄ olim inter Epicureos, Cyre-
naicos, Peripaticos, & Stoicos philosophia.

Iam quisq; uoles, & dicas sacrā illam iam tandem
in Germania refluoruisse theologiā! Quasi uero non
uideamus, quibus fulgoribus, q̄bus tonitruis, manca
illa ac stupida Germana usque adeo consternata iac-
ceat, ut nihil intelligat, nihil reapiat, qd' nō sit è te-
nebricosa nube caula detorsum.

Quibus potissimum credendum.

Quid dicemus igitur, Cuius isti spiritū habēt?
hic nisi tam essem meticulosus, ut nō ausim
uel hiscere, dicerem rotundū illum stultitiæ spiritum,
qui saltans in medio cōfundit omnia. Quorsum ergo
ibimus? undiq; scrupi, undiq; lacunæ putres. Cui cre-
demus? exoptat quisq; ut sui capitis uertiginē sequa-
mur, Quem tuto imitabimur? ubiq; error, ubiq; re-
uocatio, Vbi spūm domini residere arbitrabimur?
circunquaq; inconstantia, circunquaq; meraçissima ca-
uillatio? Et ubi tandē ibimus? At te quæso, ubi hactē-
nus itum est? Num ad Bohemos? Num ad Saxones,
Num ad Hessos? num alio atq; alio? Minime, itum est
ad Christum, itum est ad Apostolos, itum est ad mar-
tyres & cōfessores, itum est ad sanctissimos interpre-

Extreme de-
mētix fuerit
hanc reñcere
fidē, quā ha-
buerūt tot
martyres &
confessores.

tes

tes, qui contra ranchos & inuidiam mysticum illum
scripturae sensum enucliarint unanimiter, & inui-
ciam tam candide pertulerint, quos nulla peruersae do-
ctrina infecerint, nulla uoluptatis blandides conspur-
carit, quorum exactissimam doctrinam nemo recen-
tium adhuc satis miratus est. Ad hos ibimus, istis cre-
demus, istos iam imitabimur. Hic sacer ille spiritus
unicus uere philosophiae doctor, qui tam pure, tam
uniuocae, sua conglutinat, ut ne athomo quidem di-
screpent.

Nō ē creden-
dū errasse tot
sctōs utros in
rebus fidei.

Matth. xvi.

At occines, sat scio, hos errasse non nunq̄. Haud eadem
multum reclamauerim, si modo rursus fateri uolue-
ris, errasse eos, si tamē errarint, in rebus momēti exi-
gui, unde non magno pe pendeat Christiana salus,
idq; quoties suo, hoc est humano, cōstātius inniter ētur
ingenio. Alioq; nō faale credideri, passurū fuisse Chri-
stū, errare, tot praecellētes cū doctrina, tū sanctimo-
nia uiros, negoāū tractātes euāgelicū, ul' ea potissimū
rōne, qd' mansurū in Eccl'ia promiserit suū spiritū,
atq; edoctrurū interi oēm ueritatē. Vbicūq; diāt, duo
uel tres in noīe meo cōgregati fuerint, medius eorū
ero. Qua iā fronte dicemus eū defuisse tot orthodo-
xis patribus, tot sanctis, tot martyribus, tot cōfessori-
bus, tot cōālijs, tot academijs, tot episcoporū & sum-
morū pōtificū pijsimis conatib', nō deāmas et pallia,
sed gloriā trinitatis, & totius reipub. Christianae sa-
lutē tractātibus? Dicamus eadē frōte, Christi pmissi-
onē & uanā & frivola. Et portae inferi nō praeuale-
bant

bunt, inquit, aduersus Ecclesiam meam. Quid Paulus, an
non eam uocat columnam & firmamentum? At cur illud,
nisi quod sciret omnia citius, quam minimum uerborum dominum
periturum apiculum? Sed uide quam rata Christi promissio, quam
frustranea Pauli uocatio. Si annis plus mille trecentis,
Ecclesia non titubauerit modo, uerum etiam, per scrupos &
horrida senticeta oppido quam fedissime exorbitauerit,
sub uexillis mortis, super pedibus gehennae, impatore dia-
bolo hucusque militans. Abi, Renate, atque illis quantumuis
eruditis crede, mihi sane, ingenue, fateor, nequaquam
persuaserunt. Immo credere potius sanctis Ecclesiae
patribus exadisse uerum, ueluti Cayphae, quoties
nostrae fidei negotium tractarent. Humiles erant,
simplices erant, paruuli erant. At hoc ipso tutius
eis, firmitusque fidedum arbitror, humiles enim fuerunt
prophetae, humiles & apostoli. An non pastor ouium
Dauid? an non piscator Petrus? Docti sunt hodie,
eruditi sunt, periti sunt, Rabini sunt, & quos mire-
tur tota Germania. At tanto minus eis credo. An non
peritus Arrius? An non rabbinus Sabellius? Sunt
prudentes hodie. At diuinius est illa summa pru-
dentia, quam ut sophis istis tam aedis sese statim
obuiam ferat. Elatos fugit haec, fugit inuida pecto-
ra, spernit animas fetida putridas tabescentia,
fastidit philodocos, fastidit philodoxos, nihil fedi,
nihil tetri patitur, non sinit ullas secum habi-
tare tenebras, uult mundum thalamum sibi, uult
& castra cubilia, amat illa simplices, amat paruulos

Rabini sunt
Lutherani, et
gloriosuli, &
tātopiculosi
eis fidedum.

Quibus ad
esse dignat
sapientia.

Vt sc̄tōs pr̄s
in fide imite
tur necesse ē,
qui cupiat ad
Christū p̄tin
gere.

Defludā hu
ius seculi for
tunam.

in quorū spiritu nō est dolus. Illis pr̄est. Illos instrue
it, ut quae recta sunt intelligant, & quae praua sunt,
uitent. Tales martyres, tales cōfessores, talis uniuersa
patrū ueneranda societas. Hos imitemur oportet,
si uelimus ad Christum accedere. Quod si recte scri
bendi cupimus normam, Si dicēdi politiē, fortasse nō
ineptulum fuerit, illis tuis peritis, quos uocas, fidere.
Viuenti uero regulam, quo precor ausu ab illis hau
riemus, penes quos praeter mera pericula nihil est?
Imitemur sanctos & humiles, imitemur paruulos,
atq; adeo constanter & intrepide, ut uerius creda
mus uel illi uirgulo, diuo Christofero (ut est in pi
cturis) administranti lumen, q̄ Luth. Carolst. Mel.
Fran. Lamb. urbano regio, Oecolamp. & ceteris id
genus capitibus, disertissime rethoricantibus, tantum
abest, ut patribus, uirtutibus atq; eruditione, cuiq;
sua clarissimis, diffidendum existimē. Non est quod
rideas lector, immo est quod doleas, quando uides lu
bricum istud seculum, carnalibus illecebris usque eo
delibutum inescatumq;, ut unum sequi malit aut al
terum molliculum fraterculū, q̄ tot uenerandos ab ini
tio patres, atq; adeo, q̄ totā Ecclesiam. Hortatur Ec
clesia, suadet, praecipit, ut ieiunemus, ut a abis qui
busdam petulantioribus temperemus, quo prompti
us, expeditiusq; spiritui substernatur rebelle corpus sa
lum. Ad hodierna secta, tam mordicus insectatur, ut pa
rum absit, quin peccata contra naturam arbitretur.
Sed uide quam atis pedibus in hanc condescendat
sentētiā

sententiam seductile vulgus. Praecipit obedientiam
Ecclesia, damnat refractarios. Iniungit penitentiam,
quam ubiq; fere, inculcat sacra pagina. Hortatur pa-
tres, increpant, constringunt, ut resurgamus, ut pec-
catorum reliquias, satisfactionis spongia quantum vi-
res suppetunt, detergamus. Probant celibatum, & a-
lia multa, quorum omnium apud Lutheranos est tam
nulla reputatio, ut parum absit, quin ipsis fungis pu-
tidiora reputentur. Quid confessio? nonne ueluti nup-
a sacerdotibus commenta rejatur? Quid liberum arbi-
trium. Nonne nomen inane, & rem de solo titulo con-
tendunt? Sexcenta sunt quae memorae, si sit ocaum. At
illa cur sic rejant? Addubito sane, nisi quod conie-
ctura quadam assequor, pedicas esse, quibus nutantem
inuoluant plebeulam, trahantq; captiuam secum, a li-
bertate spiritus in spurcam illam carnalis ergastuli clo-
acam, quo uideantur excusati illa sequi quae corpo-
ris sunt, quo religiosius in naturae blandimentis Euan-
gelij pretextu deliaetur, quo luentis animi siliquas
in proximum euomat aliquanto uerecundius. Cuius
rei mihi suspitione augent nostrates aliquot passer-
culi, qui tametsi stupidiores sint, q̄ ut mullesimam to-
cius controuersiae partem intelligant, clauulum tamen
semper obganniunt Ecclesiae. Quid, inquiunt, est Ieiun-
ium? Quid eduliorum interdictio? Quid illa con-
fessio auricularis & clancularia? Quid poenitentia &
satisfactio?? An non liberi sumus? An non redempti Chri-
sti sanguine? An non illa sola fides suffiat? Quorsum

opus tot rasis uertiabus? Quid orant? Quid clamant?
Quid præcipiunt? Quam diu nos captiuos trahunt?
Quur non elabimur iuxta Pauli monitum? Cur non
eorum nobis partimus bona? Et si paulo sint inigo-
res in uno uel altero monacho, uix retulerim, quan-
tas tragœdias uniuerso mouere cõtendant ordini. At
quæ tandem est ratio? Hæc opinor, qd' bona corporis
pluris faciunt quàm animæ. Quod sprent semp' lucrî
nonnihil hinc exoriturum. Quod inseruire nitantur
uerecûdius aliquãto suis affectib'. Et sit fieta mea
suspitio, nisi sic eẽ, uix alter est q' nõ mecũ suspicetur.

Inẽ credulas
mulierculas
eucharistia
conuellitur.

De sacramẽto uero Synaxios, qd' unũ q' inter patres
est dubitatũ disputatũq; rixosius? Sed uide q' hodie
ferueat tam excellẽtis rei, deplorãda conflictio. Vide
quã ardentẽ hic rixentur Berta & Greta, quanto
clamore ad stiuũ agricolæ, quantis boatibus inter po-
cula bibuli. Tenet me, deũ testor, extasis quædã & li-
pothymia, quoties considero sacratissimũ hoc myste-
rium, non disputãdum, etiã inter magnos rabbinos.
Sed uenerãdum, sed adorandũ, tã indigne à bubulas
& opilionibus hodie tractari, tã illoto conuelli pola-
luiq; ore à garrulis mulierculis.

Quid iã purgatoriũ, nonne sanctorũ patrũ inuis-
etissimis assercionibus cõprobatũ? nõne cõsuetudine,
qua nõ robustior altera, fulatũ? & tamẽ uides, ut ob-
strepit hodierna factio. Sed ita tecũ reputa. Purgato-
riũ tot sancti præs, tot martyres & cõfessores cõpbãt.
Negãt illud Lutherani, utris iam erit credendũ. Hic

ptinas

plinaāter ego miror, sit ne q̄spia, adeo nullius iudicij
bubulc' q̄ dubitet. Resipisce miser, resipisce, et cui pe
dem tribuas cōsidera, ne te mergat in scrobē ipsa di
atrix ignorātia. Credis missum in Ecclesia spiritum.
At quur negas, munus suum rite administrasse?
Credis Christi promissiōibus. At cur nō credis eūdē
ueracem? cauillaris enī, quasi promissa nō prestiterit.
Nō refutas, eū idiābili charitatis aestuātia flagrasse in
spōsam. Sed cōtendis illā annis plus mille quadrigētis
desertā, atq; desolatā delituisse. Appellas Eccl'am cū
Paulo colūnā et firmamētū. Sed qd' eā usq; adeo fetide
collapsam cōuictāq; tenebrarum feroāa digladiaris?
Nō ignoras, opinor, quāta cura Petro gubernādā eā
pascēdāq; cōmiserit. Sed uide q̄ parū p̄spiciēter hoc
egerit, si haēten' p̄ lubricos errorū āphract' erraue-

Quanta rhāaditate in sctōs & prae- (rim'
sentē Eccl'am debachentur.

ET quotusq; tu orū est, q̄ nō oēs intendat ner
uos, ut auctoritate quocūq; asāta Eccl'am inua
dat, & nobis semp obijāat aliqd' qd' dētib' estimet ad
glutinari? Vidimus nup decrepitū quēdā senē, Luthe
ro sic alligatū, ut parū absuit, quin pro deo illū uene
raretur. Qui cū nihil ē sacris haberet literis, qd' mihi
cōtra Eccl'am effutiret, ad Alexādrī Galli textū cō
fugit, ingens, Nō sic formātur, ter quinq; sed exāpitur
tur. Quid dicere? Quid facere? Admirabar stultitiam
senis, clanculū tamen interim mecū reputans, infelias
sectae huius, ter miseram miseriam.

Non ita multo post. Accessit & alter, homo, ita
me deus bene amet, tantæ loquacitatis, tantæ impu-
dentiæ, ut diu me torserit ambiguitas, utro magis esset
excellentiior. Qui posteaq̄ in omnes se præbuisset ma-
ledicum, Hunc scommate taxans parum candido, illū
laescens conuicijs, tandem in has prorupit blasphemias.
Quid hoc, inquit, est? Eo ne dementiæ Romanæ
meritriās nequidā nos perpulit, ut adhuc ad clarissi-
mū illud Wittenbergicū lumen cæcutiamus? Cre-
ditum est hactenus, somniculosis illis gliribus, Atha-
nasio, Chrysostomo, Gregorio, Ambrosio, Hieronymo,
cæterisq; farine huius theologistulis. At hodie,
credatur uni Luthero neesse est, qui tametsi nullis
clarescat miraculis, tanto tamen omnes præcellit in-
teruallo, quāto sanctissimus ille martyr Ioannes Hus-
sus, suos præcelluit carnifices & damnatores. Nec est
quamobrem illud miretur quispiā, si paulisper expē-
dat, q̄ fetidis illusionibus, quæ miracula finxerunt,
Christianum populum illi seduxerint. Sic stolidus il-
le Gregorius diabolica fraude multos elusit. Sic Bri-
gida et Katharina senensis, utraq; fantastica mulier,
miris superstitionibus caligarūt. Sic Cyprianus sata-
nico mysterio p̄doctus, credidit feminas cōmuni cū
clerici contubernio non posse uti.

Hæc cum effutisset ille, plura fortassis, etiam his
ineptiora profusurus, uti se taliū hoēm habet proca-
ritas, ego maturo interuentu orationem præripui.
Quæso te, inq̄, mi homo, parūper resipisce, & eorum
quæ

quæ dixeris, à temetipso rationem expiscare. Diræ
sunt, execranda sunt, it indigna prorsus quæ profere-
ratur ab hoie barbaro, nedum Christiano. Age uero,
mittimus alios. Sed quid de illis tibi credendum pro-
ponis, quos hodierno adhuc die tot manifestissimis il-
lustrari concernis prodigijs? Qualis est in eltyus ille
Hubertus. Quales pleriq; alij, ob quorū fidē & me-
rita, quum multa alia dei uirtus operatur, tum im-
mundos etiam spiritus, ab obsissis hoem corporibus
propellit. Id quod non uni tantū, aut pluribus Chri-
stianis, Sed & ipsis barbaris, & Saracenis in propa-
tulo est. Quamobrem qui non uidet, cæcus est. Qui
non audit, surdus. Qui maiora suæ fidei roboramēta
expectat, gentilis est & profanus. Qui toties uisis &
auditis non exatatur, insanus. Quid enim obstat ali-
oqui, quo minus illa quispiā credat, quæ ab ipsis tri-
mulis, atq; quadrimulis horatim decantantur? quæ
omnibus ubiq; terrarū manifesta sunt, cōperta sunt,
atq; indubitanter credita? Hæc ubi dixeram, dffiale
credideris, quātas exarsit in iras Luianicus ille, hem
lapsus est calamus, Lutheranus dicere uolebā. Quid
opus, est longis λόγοις? parum aberat quin pugna-
remus. Aliquanto post. Ostende, inquit, ubi habeat
Euangeliū illa, alioqui, nec tibi, nec sanctis tuis, pari
delirio exorbitantibus, habebitur fides. Nā quis non
uideat, uel sole clarius meridiano, Hubertū illū tuū
magis superstitione miseros peregrinos deāpere? Et
quis non idem sentiat, in cæteros omnes? Nonne sic

aliquā multos in superstitionem traxit Gregoriana,
Augustiniana, et Hieronymiana hæresis? Nonne sic
innumeros perdidit, Polycarpus, Eusebius, Bernardus
Martinus, Nicolaus, Franasus, Dominicus, et ceteri
id genus ineptissimi hoēs? quorum oīm tā nulla est apud
Wittēbergā auctoritas, ut ne un' quē sit, quā nō pluris
estimet unū Lutheri digitū, quā totū hūc sycophatarū cum-
mulū. Hæc ille, tāta uerborū pluuie, tāto fastu diffu-
dit, ut addubitares, impudētior ne fuerit, an garrulior.

Abi iam Lutherane, atque insolētius clama, nihil
frōtis mihi, nihilque eruditionis, tū, quod hæc, tāque aliud
agens infarāam, tū, quod lōgus aliquanto quā par sit
ad thēmate resiliā. Id mihi faalius impingi patiar, inge-
nue fateor, quā ut ignoret lector, quantis blasphemijs,
quātis execrationibus Euāgelij uestri negotiū tracte-
tis, quāta fluctuatiōe, quātis rixis et amarulētij ebulli-
ant, quibus nihil in ore frequentius uoluitur, quā Euā-
gelij Euāgelij. Et quis, uel Fabio cōstantior, ad ppositio-
nē exadat, si cogatur tā futilis materiæ anagyrim tan-
gere, καὶ ταύτην καμαρίων κινῆρ; Quis Phodon,
quis Heraclitus, uel dissolutius nō rideat, miseri huius
Euāgelij, miserrimos blaterones? quos ego feliciores
nō nihil existimarē, si tā uel blaterones eēt, et nō etiā
detractores, elati, rixosi, blasphemij, cōtēptores deū
atque hoīm. Iam Euāgelij illud, quis nō appellet miser-
rimū, si talibus histrionibus oporteat euulgari, de-
fendi que? Neque faale mihi psuasuris, paucos illic esse, quā
tāta sint impudentiæ, quā hactenus ego neminē, uel
uiderim

¶. & hæc ca-
marinā mo-
uere.

uiderim, uel audiuerim, q̄ Christianius negotiū age-
 ret, q̄ nō pari subsanna, in oēs, tū doctos, tū morigera-
 tos debacharetur. Mitte idiotas, illos uide, quorū in-
 terest, mellitula quadā diuini sermōnis illecebra, nu-
 tātē ac pplexā plebeulā, ad charitatis officia cohor-
 tari. Vide sycophānticos eorū libellos, ij potissimū tibi,
 quales sunt, exponēt oculis. Cōsidera primāpio, spur-
 cas illas in illustrissimū Angliæ regē nenias. Perpēde
 uirulentias, & inoportuna scommata. Cōreplare spu-
 mosam arrogātiæ farraginē, aduersus Eckiū, Fabrū,
 Ditenbergiū, Cochleū, Enserū. Vide q̄ indigna pati-
 tur doctissimus Erasmus, quē mō quouis Cretensi uis-
 niorē faciūt. Modo Saul, inter prophetas fingūt, mō
 Luāniū inter theologos. Neq; minori uerborū acri-
 monia, sicut diximus, in mortuos debachātur. Hic cla-
 mat, si quicq; potestatis Hubertus habeat, reddat me
 labione insaniore. Ille, si qd sit uirtutis Quirino, in
 me experiatur. Alius à ualentino, Cornelio, Aegidio
 Vito, castigari, corripī, disrūpi, cruciari exoptat, si qd
 habeant notionis in manu. Nō desunt, qui in ossibus
 etiam sanctorum & reliquias seuiant. Alibi uideas
 purissimam Christi matrem Mariam semper uirgi-
 nem, indignissima pati, qualia fere olim ab impurissi-
 mo Heluidio, & Wiclefistis sustinuit.

Ceterum illud, o summe sol, dicam ne, an tād-
 am? Cur autem taceam, quando illos in propatulo
 dicere non pudet? Quando etiam hæc à me non
 proferuntur, uel auuiditate arpendi, uel aliauius

Oēs p̄miscue
mordent.

Vide lector
uesaniam.

Vide pestife-
ra disputa-
mina.

insynceri affectus libidine. Sed hoc alias fortasse tē-
pestiuus. Nūc id qd' cepimus expediamus. Sūt qui
putent Christum non sustinuisse mortē, amore pater-
ne obedientie, salutisq; Christiane reipub. Sed dissi-
mulanter & coacte. Nihil affingo. Testis est disputa-
tio, ipso penthecostes, ni fallor, die Wormatię habi-
ta, Anno, 1527. Vbi Petrus Preto, hanc à se refutat
opinionem, in postremo conflictationis articulo. Via-
dete fructus huius Euāgelij, uidete perdita tēpora.
Quid igitur miri, clamant, si tota Ecclesia cęcitiue-
rit usq; ad aduentū Lutheri, Si Christus dissimulata
charitate negotiū gessit? O miserum Euangeliū, unde
tot excranda dispumina, tanq; ex fronte quodā scæ-
turiunt. Disputāt oratores aliquot, ad filiū orandum
non esse, quod in scripturis legatur, eundem ad patrē
semper orasse. Ecce, dicunt, si potestatem habuisset,
non tot suspirijs, usq; ad sudores, usq; ad agones ad
patrem orasset. Non Apostolos suos itidem instruxis-
set orationes ad patrem dirigendas. Inuenias, qui ue-
tus testamentū uix reapiāt. Quorsum, inqūt, attinet
uetus, quū nouum habeamus. Adde, quod non possit
hodie sermo fieri, tam doctę, tam circumspectę, tam
exq̄sitę, tam deniq; uere & Christiane, quę nō ali-
qua ex parte statim irrideant muliercule. Veni Elsa,
ueni Greta, ueni Berta, inuicē loquuntur, & ne cre-
damus istis cuculliferis, istis rasis uertiabus. Ego tibi
locum in meo libellulo reperiam, qui pulchrius indi-
cabit, quid sentiendum nobis sit, de cęna Domini, de
confessione

cōfessiōe, de sola fide, de purgatorio, & alijs, de quibus
summopere nobis esse instructas expedit, Tametsi ni-
hil horum assequi potuimus hactenus. At subtiliores
iam sumus, quā ut amplius falli queamus. Osecamus iam
tandē semel mures. Videte quaeso fructus huius Euā-
gelij, uidete uesaniā, sed ad reliqua.

Quāquā eternam illā sapientiā Christum Iesum
in hoc hoīm albū uocare non conueniat. Audio tamē
aliquot infelias sectæ huius garriones, qui Lutherū
Christo comparant, Philippum Melan. diuo Petro.
Franasc. Lamb. Paulc. ceterosq; ex ordine predica-
tores Apostolis. Inuictissimum imperatorē Carolū,
Herodem faciunt. Summos pōtificates, Pilatos. Episco-
pos, Cayphas. Patres & Ecclesiæ doctores, scribas &
phariseos uocant. Vniuersum Christianū populum,
qui ab eis uel pilo dissentiat, Iudæos appellitāt. Et si
qui sint illic, qui nōdum plane sese addixerint eorū
senatui, Obduratos clamant. Postremū, Lutheri scri-
pta Euangeliū dicunt, & uerā lucem. Orthodoxorū
& totius Ecclesiæ decreta, tenebras uociferātur, &
doctrinam demoniorū. Et plura alia, quibus, me her-
cule, uerecūdius est supersedere, ita sunt ridicula ua-
nitatis. O uidete miserum Euangelium. Videte perdi-
ta tempora. Et quis nō plane Democritū agat, domi-
forisq; cachinnantem. O cæcas hoīm mentes, o pecto-
ra cæca? Quid enim est, si hæc cæcitas non est? Quæ
maior unq; apud Maometenses patrata est blasphem-
ia? Quæ impudētior inter hebræos communita fa-

biula? Turpia scripsit Cornelius Tacitus, Conspurcanda Poggus, Execranda Lucretius. At hec tam sunt impudenter uana, quam que uanissima. Tam enormiter dira, quam que dirissima. Et tamē hijs omnibus excogitatis, effutitis, perpetratis, perinde sibi blandiuntur, ac si bellissime negotiū Euangelij gesserint. Non secus ac muliercula quedam, que posteaquam in omnes sese præbuit maledicam & detrectatricem. Et nihil iam habet amplius, quod dicat, cælum intuens, ego grates ago tibi, diat, o summe deus, qui talem me genueris, que memini unquam obloquar. Ita pacem, aiunt, querimus, atque eam prosequimur, At deum in mortalem, quando plus conuiciatum? quando uehementius rixatum? quando turpius execratum? quando uesanius est insanitum? Solius dei, dicunt, esse stamus gloriam, Sed quando diuine gloriæ magis derogatum est? Quando confusior ille pulcherimus ordo tabernaculi? Omitto prophanata dei templum, deuastata moisteria, direpta clinodia, Percurre tu singula, & uidebis, Ego transeo.

Euangelio, clamitant, Euangelio credimus, Et tamen sic loquuntur, Sic oblatrant, Sic blasphemantur, Sic insaniunt, Sic Euangelium tractant, quasi falsissimum non dubitent. Disperiam Lutherane, nisi tam sancto ad hec te conuere, quam me uiuere.

Ceterum ipse dignissimus sum, quem rideat Democritus, Si non hec ineptiora mihi uidentur, quam ut lege ab homine Christiano debeant, & tantum non scribi, Nisi propterea

propterea plane scripsi, Oportuit me cōmonefacere
lectores, quateuns à se ipsis, pro se quisq; rationem
expiscantur infandi huius Euangelij fructu ù, quorū
si pergam millesimam quanq; partem calamo per-
stringere, quid restat nisi ut mille Democriti risu
disperiant.

Quanta fructuum disparilitas inter
Patres & Lutheranos.

EX fructibus saluator ait, cognoscetis eos. Per-
quire parūper, Inuenies discrepātiās, λογισ-
μαχίας, αντίλογίας, libidines, uoluptatum illece-
bras, inobediētiam, Inuidiam, superbiam, obloquia,
mendacia, conuidia, rixas, cædes cruentissimas, con-
tēptum sanctorum, blasphemias in deū. Inuenies inq;
uidatā scripturā & inuersam, Inuenies cōalia spreta
atq; interpretes, Inuenies Eccl'æ sacramenta sublata,
sublatas Canones, & lōge retro seculis usurpatā cō-
suetudinē. Quid plura? Inuenies pl' q̄ λεμνικά κακα
indies repullulascere. Et tamen affirmatissime clami-
tare non erubescunt, Euangelium tractamus Euan-
gelium. At non hoc modo tractarunt Euangelium,
Chrysostomus, Athanasius, Augustinus, Hierony-
mus, Fransiacus, Dominicus, Hubertus, Lambertus,
Seruatius, Hadelinus, & innumeri alij. Quorū si col-
lustres mores & uitam, faale dijudicaueris, quanto
arcuitu, ab hoc hoim echidneo genere discrepent.
Dispute si libet, Et uidebis undiq; sibi coherentem ue-
ritatē. Videbis castitatē, temperantiam humillimam
obedientiam

Fruct' Luthe-
rani Euāgelij

obedientiam, equanimitatē erga omnes, simplicitate
Fruct⁹ patrū nō fictam, charitatem indefessam. Inuenies lapsas anī-
mas in spe erectas. Orco iam uianas, Christo lucrifa-
ctas. Cemperies quantis sese tormentis, quātisq; peri-
culis obiecerint, diuini amoris pariter et honoris gra-
tia. Num inuerterunt scripturas? Num spreuerūt con-
cilia? Num proprii spiriritus dictum imitati, carpēdi
interim auiditate cœciterūt? Num sacramenta, Num
canones, num receptas consuetudines contempserūt?
absit. Imo potius membratim sese diserpēdos tradi-
disent, quā horū minimum, uel cogitassent semel,
nedum non scripsissent.

Huc iam ades Renate, & dic mihi bona fide,
Num te conscientie scrupulus angit, quoties ista tactis
oculis intueris? Quoties utriusq; partis uitam, mores,
& Euangelicæ tractationis fructus, simul comparas?
Considera miser, considera quibus te coniunxeris.
Deinde, quos contēpseris aduerte, In pace factus est
locus dei, cuius spūs, ut sacra resonāt litera, non quie-
scit, nisi super quietem, & humilem. In dissentione
factus est locus diaboli, cuius spiritus regesat, super
clatum & refractariū. Compara mores utrorūq; cō-
para totius uitæ periodum. De conscientia non ausim
iudicare, sed nescio, quid mihi suspiciōis in animo pul-
lulent scriptorū illa rhanaditas & puluerulentia,
illa sordida blasphemiarum proluuies, diuinarū hu-
manarūq; rerum prophanatio. Et alia innumera,
quæ si cupiā per singula connumerare, dies ante dese-
ccrit

erit, q̄ his de rebus mihi desint uerba. Sed conseruamus haec pauca cum Euangelio, cōseruamus cum sanctorum patrum pijs conatibus, & nullo penitus negotio comperiemus, hoc pectore, nihil putidius, neq; magis contagiosum, unde tanta scetet amarities. Vide Renate, per Euangelium te rogo, quibus pedem tribuis, uide quos deseris et floccipendis. Hallucinari, errare, falli, labi, deapi, ubiq; periculosum est, in rebus uero animæ, periculosissimum.

Errare in rebus aīæ periculosum.

Ab Ecclesia non recedendum ei,
qui cupiat saluari.

Periosa res aīa, at tāto subnixius ad uigilādū uti cōseruetur. Cōseruabitur aut, si Ecclesia sese in omnibus humiliter subiecerit. Sic conseruati martyres, sic confessores, sic unusquisq; pie in Christo uiuēs. In Christo aut uiuere non potes, nisi subicias te Ecclesiae. Si dubitas, Christus caput est, Ecclesia corpus. Vide Paulum ad Romanos 12. Corint. 12. Ephe. 1. & 2. Coll. 1. Iam caput sine corpore, & rursum corpus sine capite, quō constabunt? Errasti, si in Christo te manere putas contemptā Ecclā. Et iterum, si in Ecclā cōtempso Christo. Siquidē tāta horū ē unitas, tā neruosa compaginatio, ut non corpus solum unum, sed & unus sit spiritus. Huic corpori, nos incōprehensibili quodā nexu sic adglutinamur, ut si proximū bene loquētem audiuerimus, mox perāpiamus, eundem esse qui in nobis loquitur, spiritū. Hoc nimirum innuit Christus ipse. Quādo dixit, Omnis qui natus est

Christus & Ecclesia unū sunt.

Mystici corporis, qd est Ecclā, unitas

Quæ tandem hæc est sathanica dementia, ibi nol-
le potius laborare, ubi à labore itur ad certissimam
mercedem, quæ ubi mercedis elargitio in ambiguo sit
posita? Quæ uesania illos spernere, quos non dubi-
tamus, tum linguis uarijs effloruisse, tum eruditione,
tum pari morum integritate, pari modestia, pari-
innocentis uitæ sanctimonia, ueluti sydera quaedam
præfulsisse? Illos, inquit, quos non dubitamus cum Chri-
sto regnare, quæ insania est spernere, ac dedignari,
& adherere infantiliter illis, apud quos omnino est
nihil, præter mera pericula? Et quos ignoramus,
quorsum se post mortem sint recepturi? At hic cogi-
tas nihil esse periculi talibus fidere. Sic enim scribis.
Mibi persuasissimum est Lutheranorum dogmata,
diuinitus profusa, quod uideam paucissimos esse, qui
non ea statim arripiant.

Cur multi Lutherani
statim credant.

CREDITUR eis, at ignoras tu, qua id fiat ratione?
Praui mores in causa sunt. Fallitur superbus,
quando audit nulli prorsus obediendum quando audit
pötificem se esse, principem & sacerdotem & oes posse
impunius continere. Deapiuntur auari, postea quæ non
est quæquam sacerdotibus elargiendum capiunt, pro defunctorum
celebranda memoria, pro indulgentijs consequendis, &
bonorum operum quæ in Ecclesia sunt participatiõe. Quid
dianas loquar, & Ecclesie, quos uocant redditus, quando
rarus

rarus est qui non Lutheranus sit, si quatuor saltē obulos sacerdoti debeat? Adde innumeros esse qui lucrum sibi ex hac dissentione sperent.

Libidinosos autē, quis non uideat facile illectari posse, quando in hominis manu, nō esse aduertunt, libidini resistere. Quando & uiris & mulierculis, uoto constrictis, indultā audiunt licentiam lasciendi? Quid refert, dicūt, nō est liberū arbitriū, deus omnia operatur in nobis, & bona & mala. Operetur ut uoluerit, sāt enim qd agere conueniat, & eius uoluntati nemo resistere potest.

Quis non idem dicat, in gulosos & uoluptarios omnes, qbus nihil aequē placet, atq; titillans illa peruersae carnis illecebra? Quanti putas reputant, Hec sancta, si dijs placet, dogmata? Nō est ieiunādum. Nō est à carnibus & lactianijs abstineādum. Somnia sunt, diliramenta sunt, excogitamenta uult auari alicuius & liuidi Papae. Edamus, bibamus, quicquid primum obuiam habuerimus, si modo stomachus appetat. Nō temporis est habenda ratio, non aeduliorū. Omnia nobis omni tempore licent, non coinquinat animam quicquid per os ingreditur. Immo peccamus secundū iustum dei iudiciū mortaliter, si ieiunare, si à abis quibusdā & potibus abstinere praesumpserimus, quae deus creauit ad percipiēdum cœni gratiarū actione. Hec quanta uoluptariorum aures uoluptate demulceant, per facile censebit, quisq; nō omnino homines non uiderit. Hinc fit, ut ex aequo oēs, dogmata uestra amplectantur

amplectantur, quibus hoc morbi cominus congregia-
tur.

Idem fortassis dicendū erit, de his, quibus tanta cor-
de sedet ignauia, tanta propria salutis negligentia,
ut Luthero uel decies subscribere malint, quā unam
aut alteram horam in æde sacra præstolari, audien-
de prædicationis uerbi dei gratia, aut orationis facien-
de, aut boni quippiam exercendi, ut interim non di-
cam, quanto stomacho matutinas, quas uocamus, con-
temnant, quo excusatius stertere uideantur dum quin-
ta tangitur umbra, quanto super alio sacra omnia re-
ijciant, prophanent, conspurcent, quo sua pulchrius
consultum sit pigritici, quo sua, unusquisq; uitia præ-
texant facilius.

Iam quis non statim illos ad amet, amplecteturq;
q sine confessione, sine poenitentia, sine satisfactione,
sine sollicitudine. Deniq; sine omni opere bono, cælū
tam promittant, indubitanter, q si clanculariū quen-
dā adytum in deserto bohémico repererint, qui Chri-
sto nescente in cælum ducat & reducat?

Habes rationem, quamobrem imperita multitudo, Mellitū uene-
illa statim dogmata arripiat. Legunt illa pleriq; ne- nū lutherana
scentes, quid ueneni intrinsecus delitescat. Audiunt dogmata.
non indoctos illis Cōdescendere, considerant ea mi-
rifice à nonnullis commendari. Vident ediuerso nō-
nullos Ecclesiæ proceres, oppido quā enormiter
sua dignitate abuti perspiciunt multarū rerū inuer-
sum ordinē. Hinc profunda meditatio, Hinc piculosa

D ambiguitas

ambiguitas utri parti magis sint inclinaturi.

Non infringi fidem Ecclesie, si mil-
lies corruptum sit sacerdotium.

Si n̄ sit id q̄
debet, n̄ iō de
finit eē q̄ ē.

uñil ad sacra
si canōici n̄ri
secus uiuāt q̄
deceat.

Sed non intelligunt miseri, q̄ nihil ad Eccle^se sa-
cramenta p̄tineat, nihil ad fidē, nihil ad pro-
batā consuetudinē, si quæ non conueniunt, summus
faciat Pōnifex, si Cardinales sint uoluptarij, si Episco-
porum aliquot, ambitione, auaritia, libidine impedi-
ti, sui nominis interpretationem non uideant. Si pa-
stores aliquot phantastiā, lac in ouibus & lanā q̄rāt,
salutē nō querāt. Et quid, deum immortalem, ad sa-
cramenta pertinet, totiusq; Ecclesie fidē & consue-
tudinē, si canonicorum pleriq; luxu diffuant nimio,
beneficiū supra beneficiū exaggerantes, altaria
altaribus imponentes, pro hac cantoria, illa schola-
stria, ista præpositura, hoc decanatu, sic enim uocant,
inter se acriter digladiantes? Quid inquam Eccle-
siae derogat? Si uicariorum nonnulli, chorum rarius
frequentent, nisi inspecto commemorationis libello,
uti sciant, quantum uini, quantum granorum, quan-
tum pecuniæ, quisque lucraturi sint. Si epulentur
aliquot, si bibant, si scortentur, si pigritentur. Si
faciant ea quæ non conueniunt, uiderint ij quorum
interest eos corrigere & reformare, certe nec tibi,
nec Luthero, conuenit in hac parte, uel hiscere
semel. nedum propterea toti obgannire Eccle-
siae.

Vt lacerent sese pro abbatijs monachi, ut con-
flicentur

fluctentur pro prioratibus, supprioratibus, & gardianatibus, uti loquuntur, certe non debet, nec potest ideo infringi fides, non debet labefactari, tam celebris patrum constitutio. Crimine mur mores, criminemur abusum. Cogitemusq; nihil esse tam sancto inuentum proposito, quod non possit sibi in perniciem uertere humana fragilitas, & non exantentur tam diræ tragœdiæ, tam misera omnium prophæatio, tam crudele humani sanguinis profluum.

Agedum Lutherane quando carnibus adeo delectamini, donamus uobis monachos, uicarios, canonicos, sacerdotes omnes, Si perditæ uiuant, donamus episcopos, donamus cardinales, deniq; donamus pontificem ipsum, si non uiuant uitam Christiano homine dignâ, Si tãtope desudēt honoribus ambiendis, capsulis & scrinijs implendis, pallacijs & castris extruendis, expoliendisq; ut id quod salutem Christianæ reip. impendi debeat, conuiuentia atque incuria transeant, ut illud, quamobrem id sunt, quod sunt negligant. Eos decerpite, lacerate, cōmedite, deuorate, agite cū eis uestro more. Sed maneat Ecclæ, que sumus, illesi sua authoritas, maneat incontaminata fides. Faatis Christum mendacem, qui promiserit eam fore stabilem. Faatis mendacem Paulum, qui Christi uerbis fidem adhibens, non uereatur eam & columnam & firmamentum asserere. Faatis nugones

Malefaciunt
Lutherani q̄
prop̄, abusu
iudadat catolicam
fidem.

periculosissimi
ma uitia quae uir
tute imitant.

Et seductores sanctissimos fidei nostrae triumuiros. Factis ut multi neque uobis omnino credant, neque Ecclesiae, sed inter utrumque constituti, ignorantes sunt, quibus, et quid, potissimum credere debeant, tumultus undique, undique sacrarum rerum prophanatio, ubique error, ubique suspicio. Noui quosdam ante octo annos, qui tametsi grauius a pastore suo offenderentur, nihil tamen conuiciorum regerebant. At hodie, ad hos triarios, ad hanc sacram anchoram est deuentum, ut si custos Ecclesiae, quem uocant, obulum saltem unum, ultra solitum poposcerit, aut catechum aliquando seuerius ex templo abegerit, non ueretur statim omnes Ecclesiae ritus et ceremonias danare et floccipendere. Vnde hoc pietas errepit mali? nisi ex insumpto ignoranter ueneno. Quod quidem tanto est periculosius, tanto magis lethiferum, quanto dissimulantius, uiuaciorique ueritatis umbra porrectum. Hoc ad illos, qui Lutheranos asserant nihil affingere, nihil dissimulare, sed omnia sincere et ex animo loqui.

Lutheranos multa, et simulare necessario et dissimulare.

AN omnes omnia ex animo proferant, uideantur ritibus, qui solus inquisitor est renum et cordium, Certe, nonnullos eorum, dissimulare, connuere, confingere, excogitare, ipsa rei necessitas urget. Non sunt ab indis petenda exempla. In propatulo est Lutherus, est Fran. Lamb. et plerique alij, quos habitum reiecit, professionisque fidei infregisse, testa-

Die

Dic iam perfide Monache, quid est quãobrem,
 habitum reieceris? Cur te insolentem, & refracta-
 rium exhibes? Quid dicet? quid faciet? ubi tuto ma-
 nebit? Certe excogitandum est aliquid, quod possit ad
 rem facere, quod possit tam fœdæ culpæ non nihil pa-
 troanari. Confugiendũ ad elenchos, & rethorũ di-
 lemmata. Deprimenda hic est obedientia, extollenda
 libertas. Neganã liberum arbitriũ, Infringenda uo-
 ta, damnanda opera, contēnenda, aspernenda, dedi-
 gnanda, monastica uita, tanq̃ perniciosissima reipub.
 pestis, tanq̃ Nabuchodonosor iugũ, tanq̃ omnium sce-
 lerum sentina. Sed tentata fortunæ alea, feliciter ce-
 cidit. Commenta fabula, Inuenti qui credãt, compro-
 bẽt, agant, & suo corpore tueãtur. Quid plura? gau-
 dent, gloriantur, triũphant. At quid iam restat? cer-
 te, totius rei inãtabulũ, summa atq; aput. Quid hoc
 aũt? Hoc quod ad homicidiũ cõpulit regem Dauid.
 Quod ad idola perpulit Salomonem. Vis ut planius
 eloquar? Delicata Gretula, quæ carnem domet, quo
 possint expeditius preclari hi doctores Euãgelio uã-
 care. Hic iterũ excogitandi antistrophontes, conãn-
 nende illecebre, quibus illectari possit incauta com-
 munitas. Pingenda uirtutũ coloribus uitia. Cõtegen-
 da praua illa carnis titillatu fucato quodam diuinæ
 scripturæ patroanio. Detorquenda ad præsentis sæ-
 culi mores, tropologia scripturarum enodatio. Sed
 uide quã amici sua dela negotium gesserint, quã
 omnia eis in uictoriã cesserint. Declamatũ est, Men-

Suspiciatur
 Vuerstemius
 incõtinẽtiam
 auctoreẽ eẽ to-
 tius mali.

titum est, persuasum est, ad quæ sita tandem est diu con-
 Ironia. cupita Gretula. Quid superest, nisi ut summos pon-
 tifices & episcopos iam agant, seruiantq; liberrime
 Euangelio? Papæ, quanto sunt ij Paulo prudentiores?
 Quanta sapientia præcellūt orthodoxos patres. Ex-
 Ad Rom. vij. clamat Paulus. O quis infelicem me ab hoc carnis er-
 gastulo liberabit? Cupio dissolui, et esse cum Christo.
 Orat ad dominum indefesse, conflictatur aduersus car-
 nem suam atroäter. Per tribulos reptat Dominicus.
 Seueriter pugnat Hieronymus. Atroäter Benedi-
 ctus digladiatur, colluctantur pleriq; neruositer, ut
 foetide carnis rebellionem prosternant, suffocent,
 annihilent. At isti, ut rectius expeditiusq; seruiant
 Euangelio, ut toti sint in spiritu, carnem suam doman-
 dam committunt mulierculis. Quid stomacharis le-
 ctor? sum mentitus? Sum falsi quippiam prolocutus?
 ne tantulum quidem, manifesta loquor, & illa quæ
 oculis coram intuemur. Perpende toties rei seriem,
 & mirabor si idem non dixeris. Vide, quantum sit
 disceptatum, & quantis de rebus, & quanto pericu-
 lo, quantum rixatum, & quàm perniciose. Vide
 quantum obgannitum, quantum sit tumultuatum
 undiq; quantum Christiani sanguinis profusum. Vi-
 de quanta sit passa Christi charissima sponsa, pri-
 usquam miserimi illi monachi uxorculas habere po-
 tuerint. Et tamen eo excaecationis est deuentum, ut
 nephas aestimetur, hoc dicere, quod eos facere non
 pudet. Eò est progressum dementationis, ut nihil
 his

Indigna fusti
 nuit ecclesia, pri-
 usq; Luther⁹
 et alij uxorc-
 las hñe potue-
 rint.

his moribus reputetur sanctius, & propius ad Euangeli-
um accedere. Eo est ad nauigatum insanæ, ut in
nullo pectore sese magis oblectare censeatur diuinus
ille spiritus, quàm unde tanta scetet amarities, tam
sabra puluerulentia. O execrandam dementationē.
O cæcitatē plusq̄ iudaicam. O peruersa tēpora. Flagi-
tium, uirtus reputabitur? atq; nephās, phas? quod ni-
grum est, estimabitur cādīdū? quod falsum est, uanū,
fictum, perniāosum, cōclamabitur id uerū, atq; Euā-
gelio conforme? Quid sacrilegio probrosius? quid
stupro contēptius? at cur hæc summis anteferuntur
uirtutibus? O deplorandam huius temporis conditio-
nem. O miserrimos monachos. Sed quid non perpa-
trat ingeniosa libido? quid tam inuium, tam impe-
netrabile, quod non confestim refractario, ueneripe-
tæ, atq; ingenioso pateat apostotæ? Utitur enim hoc
hominum genere, infestissimus ille christiani nomi-
nis aduersator Astoroth, quoties à sua ipsius dese-
ritur industria. Hoc uerum esse, non ibit inficiās,
quisquis absurdum illum Lutheri de captiuitate bā-
bilonica libellum legerit. Aut illum, quem contra or-
dinis sui regulam confinxit Frāscus Lambertus. Sed
quid unum hic aut alterum profero, quum nullus fa-
cile inueniri possit, qui non ex eodē mirotheco de-
promptus uideatur? Prodeāt quibus unica solum cū
iudicio perspecta est pagella, nihil reuoluerō suppli-
cij, si non his quæ olim apud sagrum ueriora protu-
lisse inueniar.

nihil refracta-
rio monacho
p̄fidius

Absurdus Lu-
theri liber de
captiuitate
babilonica

D iij Quando

Illecebre quibus
illectare
Vuerstewi in
nititur.

Quando igitur hae usque eo perspicua sunt, ut uel talpis, quod aiunt, appareant, quorsum attinent, quæso, tot fallaces uerborum illecebræ? mi Werstemi uide quid facias, Mi Werstemi uide quos spernas, Charissime Werstemi, cur non credis illis quos tanta ueneratione amplectitur tota Bohemia, quos tantopere colit tota Saxonia. Ingeniose Werstemi, quur eos floccipendis, quibus etiam aues ipsæ, si intelligerent, credituræ essent.

Ast ego te miror, qui non clamites, ἐλλέβορος Werstemi porrige, duc me ἀντικύρας. Nam ἐμα βασις ἐίμι, Νὰ στυχνορ ἐπιμ. At hoc ipsum est, fateor, quo minus credo, quod uideam luce clarius quos sperno, quod uideam in deserto eos exortos bohémico. Quas aut mihi aues narras, non inteligo, nisi forsitan coruum illum putas, quem Ichtiboli formam sumsisse Mantuanus finxit, aut quos muliercule cantillant, epulantē Euangelicum ad tartara traxisse. Mi Renate, tu uide quid facias, mi Renate, uide quibus credas, Charissime Renate cur non credis illis, quos tanta ueneratione amplectitur, nō Witteberga, non Bohemia, non Saxonia, sed tota Ecclia? Ingeniose Renate quur eos floccipendis, quibus non aues modo et bruta animantia, sed ipsa ratio, ipsa elementa astipulantur, quos probat martyrum effusus cruor, quos miraculorum illustrat coruscatio, Quos qui conuellit, potiorē spernit Eccle partem, quibus quod contranitur, auersandus est, tāqu ultroneus fidei supplantator

supplantator, tanquam impostor luridus atque
αἰρέτικος.

Non conuenire Lutheranos, uel sua
quenq; cum uxorcula.

Iam uide, quibus tuum addis calculum. Vide quo
me pertrahere niteris. Quid restat si te cæcutiētē
sequor, nisi ut uterq; in scrobem dimergamur.

Et queso te, per immortalē deum, Si me obsequia-
bilem tibi prestarē quo miserū duceres Werstemū?
Quo, inquam, duceres, ad Wormatiam? sed pessime
inter eos conuenit, Vix unus est qui sciat, quid & cui
credere debeat. Euariat Iacobus Kautius ab alijs, de
uerbo domini, de baptismo, de cena domini. Digla-
diatur deposito uitæ pignore. Docet puerorū bap-
tismum uanissimum esse, & prorsus contra deum. Cla-
mat in cena domini, nihil esse, neq; carnē, neq; san-
guinem. Aduersus hæc, ueluti ex diametro opponit
sese pars altera. Stupet interim perplexa ac uacillās
plebeula, ignorās utri potius parti inclinatura sit,
neque adhuc sentit, misera illa natio, in quantis sese
merserint periculis. Non ibo sane, non ibo. Quo-
iam me ducet, ad Carolstadium? At illum Luthe-
rus excommunicauit, fuit quidem uir ille Lutheri spi-
ritu quōdam egregie sufflatus, & potissimū quando
contra Eckium res agebatur, fuit illi coniūctissimus,
atq; apostolorum, sic enim comparant, excellētissi-
mus. At posteaq; ab eius Euāgelio, uel unguē latum
discesserit, abstulit ab eo suum spiritū Lutherus &

Wormatia
concutitur.

Carolstadius
a Luthero ex
cōmunicatus

D V tradidit

Pugna Luthe
ri & Oecolā
padij,

Pugna inter
Zwingliū &
Balthazarum

tradidit eum sathane. Neq; illò te sequar. Aliò p̄gas
necessum est, si me tibi comitē postules. At quorsum
tandem, ad Oecolampadium? ad Zwinglium? ad Bu
tzerum? At mane parumper, donec inter sese rite
conueniant, donec cum Luthero conquiescat pericu
losa digladiatio. Hic affirmat ē sacris literis, in eus
charistia, Domini corpus esse naturaliter, illi ex
eisdem literis, tantum in signo ibidem esse, contena
dunt. Pugna anceps est & ambigua, neque uideo
facile eos concordaturos. Non eo. Ad Zwinglium ue
ro & Balthazarum congregari reluctabor, quando
tantis de rebus, tanta inter eos est conflictatio, ut
nō estimem illic tranquillum esse angulum, in quo
se recipiat formidolosus Werstemius. Quid faceret?
quo se uerteret? Non ibit Renate. Age tandem, qua
ramus duos solum, per omnia sibi consentientes, quos
si inuenire poterimus, disperiam, nisi Lutheranus si
am, & quidem nihilominus, si uoles, deterior. Sed
hic exapio Lutherum cum uxorula & liberis. Item
Fransiscum Lambertum cum suis. Et tamen non facile
iurauerim, an inter sese, cum sua quisq; uxorula & li
beris, rite conueniant. Tum, quod contractus ille ta
lis, insignis huius matrimonij à malo sit exortus
prinapio. Tum, quod sepe solet filius similis esse
patri.

Quid iam habes quod mihi succenseas, quando
tuus cupiam fieri? commonstra duos quorum alter
non euariet ab altero, & tuus esto Werstemius

Quod

Quod si facere nequis, Non est quod amplius hac me
uerborum illecebra irretire moliaris, Mi Werste-
mi, uide quid facias, mi Werstemi, uide quos sper-
nas. Quanquam uideamus, posteaquam tantisper
efflagitas, & primum illud Pauli ad Thimotheum
capite tertio.

Depictos ex Paulo Lutheranos
graphice.

IN extremis diebus instabunt tempora periculosa, erunt enim homines sui amantes, auari, fastuosi, superbi, maledici, parentibus immorigeri, ingrati, impij, carentes affectu, nescij foederis calumniatores. Video uti rogas. Quid autem uideo? Certe ad amissum satim illos tuos, & graphice depictos. Age, excutiamus singula penitius, & mirabor, si tu uidere non poteris.

Vide lector
ut eos graphi-
ce Paulus hic
depinxerit.

Instabunt tempora periculosa, Apostolus inquit, Quando iam licentius abundauit iniquitas? quando magis refrixit germana charitas? quando tepidior fuit unquam deuotio? quando fuit seculum insanius? ubi fides? ubi amicitia? ubi animi uere christiani tranquillitas? Nonne ubiq; doli mali? ubique proditoriae fraudes, ubiq; conuidia, ubiq; rixae, ubiq; strages, ubiq; insania, ubiq; ipsissima periculositas? Transio, res enim ipsa, qualia sunt tempora, satis superq; declarat.

Erunt homines ui amantes, habes hic alterum
declinè

delinimentū, quo quidem non uideo, qui potuisset Paulus competensius adduxisse, totos enim exponit oculis, atq; adeo clare, ut nemo sit, qui nō uideat, eos & cognoscat penitissime. Amantes sui sunt, Vides, ut omnes præ se contemnant? ut hominem præ se neminem arbitrētur? ut addicti sint suis erroribus? Citius paterno cederent agello, quàm imbibita semel opinioni. Illā tametsi falsissimam, defendere tamen uel solidissimo prætextu non erubescunt. Pro illa cominus atq; eminus digladiantur. Iunctis umbonibus, pro se quisq;, pugnant. Rarus est, qui sibi soli contemptis omnibus non cupiat credi.

Et quis non dicat eos auaros, superbos, fastuosos, incontinētes? quando paupertate, qui semel sese emanāparint spreta, quando castitate, qua nihil contemptius habent, conspurcata, ad hoc se conferunt Euangeliū, quod gloriam, diuitias, & pulchras mulierculas dare possit? quando nihil agere uerētur, ne terrā quidē cælo cōmiscere, ut illa asequatur? Nō ego, sed res ipsa iudicat. Si petis exēplū? Lutherus esto, Fran. Lam. esto, & pleriq; alij, quibus Euangeliū illud, gloriā, diuitias, & pulcherimas concubinas peperit, uxores dicere uix audeo, quod nolim offendi, honestas matronas. Sapiēter illi quidem. Quis enim non malit, et
Ironia. dia, & haberi egregius rabbinus, monstrari digitis & dicere hic est αὐτὸς ἕφρα, q̄ ridiculo tectus cucullo, intra parietis in gloriæ cellulæ uitam degere monasticam? Quis non omnia citius sursum ac deorsum cōmiscat

commisceat, quam ut se in media cōfligi patitur, exhauriri ieiunijs, molestari orationibus & uigilijs, uexari, subijā, appellari se monachum & fraterculū? quibus subinde adeo sc̄atet monastica illa uita, ut nihil mirer ne crinicali quidem, Si quibusdam Sodoma uideatur ac Gomurra, si ieiunare, abstinere, orare, obedire, quibusdam uideantur peccata mortalia. Egdem quando singula huius monasticæ uitæ incōmoda mecum exanussius ruminō. Non possum non magno pe gratulari, quorundā extremæ felicitati, qui perinde atq; Vlyxes ille homericus omnibus hisce malis se se expediuerint festiuite, naturaliq; libertati restituerint. Ieiunandum erit in uita monastica, à carnibus & læticijs abstinendum, à uenere temperādum & bacho, in saculo, floccis aut paleis referto decūbendū, & quidem solitarie, tāq; nocticorax in domialio, tāquam in tecto passerulus, intēpesta nocte surgēdū, uigilandum, cantādum, orandū, superioribus obediendum, Quid miri, Si Lutherus hæc dicat Captiuitatem babilonicam, Franciscus Lābertus Aegyptiā seruitutem, iugum Phāraonis, Sodomam & Gomurrā? O quanto fuerat optabilius, primāpē agere, & populo præscribere leges, Perdiābus interim uesā & attaginibus quando libet. Auriū tenus in molli concūbere lectulo. Nihil hic addā, ne uerbū quidem unum, Tametsi iā hoc ipsum, ut nihil addatur, manifeste satis ostendit, spiritales illos doctores, non capitis solū laborasse prurito. Siquidē uel pectinibus huic facile mēderi

Si capitis pru-
ritu Lutherus
laborasset, ei
misset utiq;
pectinam.

mederi poterant, uel manibus, quisq; suum, conscala-
pere. Sed quis oculos amnerijs tenebris in tantum
offusos habet, ut non serpente quouis aut aquila, per-
fectius cernat, quam rimula subrepserit tergiversandi
necessitas? quo fonte nobis prodierint trifulcaum stud-
fulgur & coruscationes, quibus hodie conquassatur
adeo, bis deploranda illa germania.

Prodi iam quisquis es, & quam potes fortissime
blatera, erroneum me, nugonem, inuerecundum, in-
doctum. Omnia lubentius sustinuerō, quam ut eos nō
pernoscat lector, quos mihi tot sanctis Ecclesie
patribus longissimo interuallo anteponis. Quos
spiritum sanctum solos habere contēdis.

Maledici.

Iam illam particulam, maledici, quis non uideat,
hic appositisime conquadrate? Quando nullum
genus hominum extitit unquam, ranciditatibus, ma-
ledicentijs, conuicijs, execrationibus magis exube-
rans. Vera loquar, legat qui uolet eorum libros, &
omnia supra fidem inueniet.

Immorigeri

Parentibus autem immorigeras, quis non plane
perspiciat? quando hereseos damnare eos non uerean-
tur, quādo sanctissimis iuxta & doctissimis Ecclesie
patribus, perinde obstrigilent, atque Iambres &
Mambres olim Moysi, nugones eos, phantasticos, som-
niatores, & hereticos interim appellitantes, quū ma-
trē Eccliam, tā indignis modis lacerare nō formidēt?

Ingrati, Impij
Affectu carē-
tes.

Et cur non dixerim ingratos, impios & affectus
carentes? An non eodem omnia spectant?

Vix

Vix autē expresserim, quā peniculatim uerbum illud, nescij foederis, in eos competat. Vouerunt nescij foederis enim obedientiam, sed uide quid reddiderint. Vouerunt castitatem, commonstra passeres, qui magis libidinentur. Conuolant undique ad sacrilegos amplexus, tanquam bruta pecora, uix alter est qui fidem Christo mediam seruat. Polluuntur uasa Christo sacra, subruitur ille tabernaculi floridissimus ordo, ubiq; prophanatio, ubiq; sacrilegium & blasphemia.

Sed abeamus ad Paulum, & uideamus, num totam fere huius execrādi corporis formam adumbrauerit. Adde lineam unam, & absolutam habeto. Calūniatores sunt. Quid diū poterat explicatius? Quid manifestius? Tolle calumnias, & dempseris ualidiorē illius corporis partem. Ad has enim, ueluti ad sacram quādam anchoram confugiunt, quoties argumentis cedere coguntur.

Habes hic tam graphice depictos eos, ut non aestimem, Apellem quempiam posse corporis liniamenta peniallo pfectius effigiare. Huc ades modo, & dicas mihi, mi Werstemi, uide quos spernas. Id qd me mones amice, si tu non neglexeris, mirabor, si diu poteris esse Lutheranus.

Non esse Lutheranos Ecclesiae membra, quod discordes sint.

Iam illud scire desiderauerim, quid frontis illis, qd erubescētia, qui tanto fastu, tam effrenata superbia, quoscuq; scripturae interpretes praese nihil reputent

reputent. Erronij spiritus interim, & hereseos dam-
nantes. Expendat, qui uolet, utriusq; partis Eua-
gelicam negotiū, & quamuis non recusauero mulctam,
nisi diutius, quam asparagi coquantur, colliquescat, ni-
hil esse Lutheranis istis, neq; uanum, neq; sancti spiri-
tus magis expers.

Tractauerunt interpretes scripturam, longe la-
teq; per orbē dispersi, & multis inter lapsis annorū
curricularis. Mediolani scripsit Ambrosius. In Bethle-
gem Hieronymus. Inter aphros Augustinus, Scri-
pserunt multi multa per orbem. Sed tam undiq; sibi
constantia, tam uniuoca, ut omnibus eundē fuisse, san-
ctum illum uerae pacis & concordiae spiritū, uel sa-
raceno iudice contenderim. Hodie uero, uidemus in
una & eadē prouincia, in uno & eodem opidulo, per
unius & eiusdem anni periodū, octo uel decem con-
trarias exoriri sectas, tanta inter sese pertinacia, tan-
tis argumentorum inuolucris inconsutile illā Christi
tunicam delacerantes, ut omnibus esse refractarium
illū discrepantiae spiritum, uel Porphyrio, Tranquillo,
& Luciano iudiciis probari possit. Hoc credas ne-
cesse est, quisquis deū ueracē credis. Unus enim deus
est, unus Christus, unus spiritus, una doctrina, una fi-
des, unum baptisma, una Ecclesia. Omnes nos unum
sumus. Orat ī Oliueti mōte pro suis Christus, ut unū
sint, sicut & ipse cum patre unū est. Et Paulus in uno
spiritu, omnes nos in unum corpus baptisatos diat.
Quid plura? Habes ubiq; unū, habes undiq; mysticā
huius

Ad Ephe. iij.

Iohan. xvij.

1. Cor. xij.

huius corporis insolubilem compaginacionem. Redde mihi quolibet ethnicorū, modo ne tam plumbeus sit, ut nō sentiat, quod sentiunt omnes, & sim ego ethnicus, nisi dicat incunctanter, determinatā illā sectam & disgregatā congregatōnē, nihil ad hoc unitissimū corpus attinere. Nā si cōcordem illū Christi spiritū habet Lutherus, cuius spūm habet Carolstadius, quum plus q̄ d'is Διαπασωπ ab altero diuariet alter? Et rursus, cuius spūm habent Oecolāpadius, Bilibaldus, Capito, Zwinglius, Baltazarus? quorū nullus est, qui non iactet Christi spūm, Et tamē inuicē digladiātur tanta ptinacia, ut nihil sit relictū spei faciendæ concordie. Et deum immortalē unde nobis precepit egregius ille spūs, qui pplexam adeo interturbabat Wormaciā? ubi Kautius & Preto, dubiū illum, & planē miserum populū tantis argumentorū inuolutionibus iā nūp implicabant, tot contrarijs conationibus obtandebant, ut periculū sit, ne fidem nostram aliquāmulti tanq̄ anilia deliramenta reiecturi sint, nisi statim ad Eccl'ie reducātur unitatē. Quid enim cogitabit illa simplex rusticitas, ubi uidet nihil esse tā rōne munitum in nostra fide, quod nō possit uocari in dubiū? ubi doctores ipsos audit, deposito uitæ pignore ptinacissime conflictari. Sed quorsum attinuerit euagari longius? Videmus ubiq; uaria capita, uidemus uarias sectas, undiq; discrepantias cernimus, & ptinacia sensa, quis ambigat, eos ab Ecclesia diuersissimos esse?

Verēdum, ne desperēt multi, nisi refarctat cōcordia:

E Vt in

Vt in alios diuertent, in Eccle tamen
perniciem conspirare omnes.

Hic obiecit fortasse rixosior aliquis mihi Frā
asum Lāb. qui scriptū iam olim reliquerit,
hoc unū esse certissimū diuini spiritus argumētū, qđ
tam undiq; sibi conformia doceant, etiā si nunq̄ alios
alij coram conspexerint.

Ad hoc ego, quoniā res in angulo nō agitur, nihil
aliud in presentiarū respondero, q̄ eos omneis oppi-
do quā pulcherrime cōspirare in pniā & destruc-
tionem Eccle. Si dubitas, rem penitus discaute. Hic
enim ad eucharistiā prosternendā assertionibus suis
stipatus prodit, perinde atq; olim Homerus fabularū
uelamentis, & mathematicis inuolucris Plato. Ille con-
cinnis eloquij uerborum phaleris, oratorijs telis, te-
chnis & uersutijs uallatus accedit, non secus atq; Ari-
stotelis olim suis motibus, ut purgatorium & obedi-
tiam prouoluat per stercoreum uolutabra. Alius, ut
Baptismum instauret, & alia nobis sacramenta præ-
scribat, tantis argutiarum intricamentis tam stre-
nue munitus in medium prorumpit, ut non dubitet,
& Paulum & Hieronymum, & ceteros omneis, ad
primum statim cōgressum ruituros, si cogantur in ha-
renam cum eo descendere. Neq; desunt qui longe plu-
ra de Euangelio polliceantur & de inuestigabilibus
dei iudicijs, q̄ de omnifarijs artibus præstiterit insi-
gnis ille Hippas, quū certamine olimpico Pisam accessit.
Quid multa? profer quem uolucris mathematicū, q̄
suiseticas

Suiseticas suas quisq̄lias probius calleat, q̄ auillas &
obstrepas cōclusiōes indigestus illic ueteramētarius,
& ego tibi Phenicē ex Arabia subitus produxero.
Cōmonstra quemlibet sophistam, qui ecclesiasticis, for-
malitatibus, quidditatibus & elenchis, aiosius unq̄ in
grāmatisten impetū fecerit, q̄ in Eccliam hodie faciūt
uanissimis, atq; subinde lapsantibus nugis Witenber-
gicæ muliercule, & ego tibi lubēs in oibus subscripse-
ro. At ea est animi tui presentia, ea uel obstinatio, uel
exoculatio, ut tāetsi sole uideas rutilius, nullū ibidem
esse, ne quadrimulū q̄dem, q̄ nō effectat oibus suis nu-
abus collectis, in Eccliam erruere, confidenter tamen
asserat, nihil esse, qd̄ magis ad Eccliam ptineat, q̄ hæc
Lutheranorū millies deplorāda collectio. Neq; facile
crediderit q̄spiā, q̄ asseuerāter mihi clamitēs, uari-
os eos esse Christi, & pphético afflatos spū. Atqui se-
picula miratus sum, cur nō uicarios dixeris, & frene-
tico spiritu pflatos. Quis enī adeo nullius nisi capra-
rius est, qui nō olfaciat protinus, unde nobis illi spūs
pdierint, quorū afflatu nihil nō uicatur, nihil nō pal-
lesat, ac effiatur marādū? Quis, inq̄, nō uideat, uel cæ-
cus athenarius faber, quo folle prupint neq̄ ille spūs,
oīa uicātes, oīa uiroso sibulo intoxicātes, oīa lerneō
spiramie interturbātes? Sed qd̄ his diutius imoror? Vi-
de quorsum me nō cogitātē abripuit insulsus ille uer-
borū tuorū strepitus, palpanti sparsim orationis le-
noanio perlinitus. Quē, si non puderet ad uerbū hic
in scripta conferre, deus bone, quā uarijs te plumis,

E ij quam

quàm uarijs coloribus depictum redderem. At horū
oīm maiusculam partē consulto prætergredior, tum,
q̄ nolim tedio grauari lectore, tum, q̄ periculose di-
cūtur apud imperitā multitudinē. Sunt enim omnia
fere quæ scribis, ita ridiculæ uanitatis, ut me pudeat
hæc pauca euulgari. Et abstinuissē à respōsione,
nisi puderet me, q̄ qualiscunq; sim studētulus, ad hæc
damnosa deliria nihil uelle dicere, tanq̄ si feram, uel
in ore oleum, uel in lingua bouem. Testis est Gode-
fridus Holset, aliàs Oest, iuuenis ut eruditus, & pro-
bis exornatus moribus, ita & ueritatis certe inuictis-
simus atleta, Testis est dominus Georgius pistor de
Lasphe, diui Gereonis apud Agrippinā Coloniā, col-
legiatæ Ecclæ uicarius, & domini a gregis Heppen-
dorpiæ curator fidelissimus, uir cū prudēs, & morū
integritate conspicuus, tum constantior sanē, q̄ ut meo
nomine mentiri uelit. Testis quoq; fuisse Hoehstra-
tus piæ memoriæ, qui scriptis suis, fidē uerbis meis
impetrasset, si diuturnioris uitæ spatium dedissent fa-
ta? Indoluit enim uir ille, sup̄ q̄ diā possit intimius, po-
steaq̄ tot puluerulētias, tot ranchos, tot imptinentes
sannas, tot cōuitia blandimētis undiq; condita, tot er-
rores, tam ptinacē hæresim, latius quotidie in hoīm
pectoribus reuirescere cōspiceret. Et tamē nihil hæc
esse dicis præter ludum iocūq; præ quod uberius tibi
sit in corde recōditū. Senties (scribis ad me) o Wer-
stemi, qd hoīs sim, si modo me semel ad calamū impu-
lerit tua respōsio, lusimus hucusq; tecū per literas;

Audies uero breui, q̄ mihi serio res tecū agetur, ad-
uersus papisticam illā, & uera iudaicā Ecclesiā & c.

Quid hominis sis Renate, diluadius hoc unū ad
me diploma coarguit, q̄ ut opus sit uanioribus nugis
infantiā tuam detegere. Porro illud, quod Ecclesiæ
minataris te acritur insulturū, si id quod uerū est in
propatulo fuerim ausus pronūciare, commune habes,
cū oībus tuis & cōsectaneis & dissectaneis. Qui tãetsi
multa p̄pter deū ferūt, ueritatē tamen nō ferūt. Neq̄
probatu hoc admodum opus est, probant satis sup̄q̄
illa nimia in disputando prociatas, in detorquendo
prauitas, & in iudicando congenia temeritas, probāt
execrandæ tragœdiæ in nihili sepe reaulis exatatae.

Quam nihil autem mihi sint formidini, & tuæ mi-
ne, & tuorum omnium spumātia disputamina, satis
(opinor) declarat hic meus libellulus, qui & si nihil
adferat picturate loquentiæ, non ueretur tamen, id
quod res est, in medium profiteri. Quanq̄ non diffi-
teor, ueritatē ipsam aliquoties permotum me, & rei
fæditate perplexum, ad conuiua fere per pulisse

Sed iam ad reliqua me conseram, si prius unum
illud lectori indicauero, nihil hic à me dictū esse con-
tumeliæ causa, nihil cauillandi libidine. Et erat tamē
locus, si uoluisse, uberrimus. Imo si sares lector, quan-
tam nugarū syluam celerrime transfueurrerim, quam
strictim, & uelut in trasarsu porrectam mihi copi-
am attigerim, laudares lesi, atque sepius prouocati
Werstemij tēperantiam. Nec est, quamobrem mihi

uidio uertas, si parum à themate resilierit oratio, nō
 nullos interim eorū, qui albis affectant equis prece
 dere, clamosius adlatrās. Cogor enim prægrediētem
 hic seq̄ disputatorē, qui uix altera purgatorij impra
 batione posita, dicto atius, ad conuiua & impudētes
 blasphemias calamiū applicat. Neminē nō pandēs, ne
 minē nō uellicās, ut illos mihi sublimes efferat, quos
 testatissimū est, & uerborū & rerū friuolis cōtume
 lijs Eccliam Christi etiānū hostiliter insectari. Imo pu
 det me (deum testor in animam meam) in apertum di
 cere, quos q̄bus antepone tātā curiositate moliātur.
 Sed iam ut eū audiamus tempus expostulat.

R E N A T V S.

Quam enim habent auctoritatem ignaui illi pa
 tres in Theologiae clarissimis literis, quæ purgatorij
 nobis fidem faciāt, nisi ex Machabæerum apocripho
 & plane reiectiō uolumine? Nam quod Paulū huc
 torquent. i. ad Corinthios .4. quis non uidet sophisti
 cissimum esse? quum Paulus ibi de igne iudicij lo
 quatur. &c.

Quam sit inefficax & uere fri
 uolum argumentandi genus
 ex mera negatiua.

Vuerst. **V**ides amice lector, quā nihil affinxerim?
 Talibus λόγους exundant euangelica illa
 pectora. Vnum noris, omneis noris. Ita pari sunt
 pertinacia præditi, paribus instructi contumelijs.

Par oib⁹ ob
 atrādi libido Verum heus tu, collu bet aliquantisper luctari te
 cūns

nam. Damus orthodoxos patres fuisse magis stupidos, quam ut certam purgatorij rationem e clarissimis literis nanasa quiuerint. Id quod tu maxime uideri contendis. Damus & Lutheranos tuos exoculatiores, quam ut unam aliquam illuc uideat. Num audebis igitur asserere mihi, nullum prorsus ibidem esse? Vide quam illud dicas ridicule. Perinde enim est, ac si concludas. Quesiui iam multis annis alio atque alio absconditum thesaurum, & non potui inuenire, ergo unquam thesaurus est absconditus.

Ex puris negatiuis nulli constat dialectica ratio.

Hæc dialectica quam sit elumbis & impotens, nemo non uidet, nisi tam sit lippus ut nihil uideat. Et tamen non facile dixerim, quantum Ecclesie conflauerit perniciæ, & quot ad orcum pertraxerit incallidas animas. Siquidem illa omnium fere hæreticorum extitit semper promptissimum argumentum. Hinc Heluidius Mariæ perpetuam castitatem negauit, Hinc Arrius, Marcion, Basilides, Eunomius, & Manichei plurimam erroris partem furcillarunt. Hinc sibi Lutherus abstulit sacramenta. Et habet sibi tam familiarē hanc dialecticam homo ille, ut nullus apud Wittēbergam, ne infantulus quidem sit, qui non pernoctat, hinc argutari confidentius. Non legitur, inquit, in Euangelio, ergo sic non est. Cauillantur & hinc nostrates aliquot obstrepere muliercule. Non est hoc, aiunt, in libro meo, ergo sic non est, neque etiam credamus commatricula.

Negatiua in Lutheranos creberrima.



Iam quod profectum sit hac execrabili consequitide,
satis heu satis experti sumus, pauculis iam proxime
preteritis annis, satis nos perdocet quotidiana expe-
riencia. Quare non tantulum curo, uel garrulitatis
impingi mihi uicium, uel sicophantiae, dummodo ru-
dis lector intelligat, nihil esse, neque magis friuolum,
neque quod sit inefficacius hoc radotinationis genere.

Infer igitur quam mihi paulo superius intrudis con-
secutionem. Et dic, non legitur in sacris literis purgato-
rium, ergo nullum est. Hanc si bonam esse contendis
illationem, compellendus eris (quantum ad logicas ra-
tionem attineat) uelis, nolis, simul et istas statuere. Non
legitur in sacris literis, patrem ingenuum, ergo pater
non est ingenuus. Non legitur in sacris literis filium
consubstantialem patri, ergo &c. Non legitur in Euan-
gelio, oportere diem celebrare dominicum, ergo non
erit celebrandus dies dominicus. Non legitur Christus
dixisse, Beatius est dare quam accipere, ergo Chri-
stus non dixit illud. Non legitur Maria perpetua uir-
ginitas, ergo non mansit perpetua uirgo. Et plura
alia, quae uti sunt impotenter illata, nemo tam caecus
est qui uideat.

Erronium esse, nihil extra Euange-
lium uelle credere.

ET iterum audio non parum multos, qui cla-
mitant extra Euangelium credibile nihil, quod
Christus spiritum suum apostolis promiserit, qui doce-
ret eos affatim salutis nostrae omnia necessaria do-
gmata

gmata. Ecce, dicunt, omnia sunt apostolis, & uerbo,
& archano quodam diuini numinis afflatu patefacta
quæ Christianū credere necesse est, ea scriptis illi ad
eternā memoriā cōsignarūt, atq; retulerūt in libros
q̄ nos Euangelia uocamus, non est igitur, ne iota qdē
unū, credēdum, quod illic scriptum non inueniatur.

Quid ego iam audio? Sed ab illis libens quæsi-
rim, num arbitrētur spiritum sanctum duntaxat mis-
sum, ad Mattheum, Marcum, Lucam, & Iohannem,
quorum opa factum est, quod Euangelia habeamus?
Quod si missum dicant ad ceteros omnes, iam plus
q̄ pertinaciter eos miror, qui nihil cēseant admitteren-
dum, nihil credendum, præterq̄ Euangelium. Verisi-
mile enim nō est, quin à præceptore suo Christo plu-
rima acceperint, plurima docuerint, plurima ordina-
uerint, quorū nihil expressum offendimus in Euan-
gelio.

Vixit Petrus sex & tringinta post Christum an-
nos, & nihil mansuris literis reliquit, extra duas bre-
uissimas epistolas, at credile tamē non est, quin mul-
to interim plura, & dixit, & disposuit, quæ scripta
non leguntur.

Scripsit Paulus aliquā multa, quæ nusquā Euan-
gelium habet (id quod postea fusius aliquāto uētilare
consilium est), & tamen hereticissimum fuerit, ei nō
credere. Nam fides ex auditu est (ut idē Paulus ait)
auditus aut per uerbum Christi. Modo Christus innu-
mera fecit dixitq; quæ nullis expressa uisuntur lite-

Rom. x.

E V ris

teris. Sicuti manifeste ex mathei colligitur Euangelio, Testatur id ipsum Iohannes ultimo Euangelij sui capite. Vbi dicit. Sūt alia multa quæ fecit Iesus, quæ si scriberentur & cetera. Si nihil aliud certe hic unus locus $\alpha\epsilon\gamma\iota\omega\mu\alpha$ illud ualidius longe prosternit diluitque quam ut omnes Lutherani contrarium discernere ualeant.

Huc ades modo Renate, & uide, q̄ illa tibi sint parū prospicienda dicta. Quam enim habet & c.

Vnde fulcienda fides, si nihil
ē scripturis accedat argu
menti.

AT qui iam illud interim tibi largiemur. Non haberi queat auctoritas ex sacre scripturæ clarissimis literis, q̄ purgatoriū indubitāter astruat. Petatur igitur, ex apostolorū institutionibus, petatur ex longissima retroactis seculis consuetudine, Petatur ex tam magno totius Ecclesie consensu. Quæ quidem Ecclesia, si nos fallit, certe fallit nos spiritus sanctus, in hoc missus, ut eam in omni ueritate dirigeret, exploderetque quicquid subinde subuiresceret hæreticæ prauitatis. Ut nihil amplius, potest hoc unum candidis omnibus satisfacere. Neque dubito quicquam, quin omnibus abunde satisfaciat. Quis enim adeo naris sit obese, ut diffidere nō erubescat, tā inuincibili cōsuetudini, nō exortæ, nec inter Gardianos, nec inter Abbates, sed ab ipsis Ecclesie primordijs

fortissima rō
fuerit si dicat
mus, Eccl'a
credit.

primordijs? Quam perinde atq; pilam, per manus
alijs alij tradidere. Docet idē Augustinus, libro de cu-
ra pro mortuis agenda cap. 1. Si nusquā, ait, in scri-
pturis, omnino legeretur, non parua hac consuetudi-
ne claret auctoritas, ubi in precibus sacerdotis, quæ
domino deo ad eius altare funduntur, locum suum eti-
am habet commendatio mortuorum. Adde charitatē
nō cōprehensibilē, qua sponsam Christus amplexatus
est. Adde pactā cū ea fidē, adde iactū illud solidissi-
mū fundamētum, in quod nulli unq̄ praeualebūt ho-
stiles aenei, & mirabor si dubitare poteris. Nisi forsā
hæc omnia siculis gerris, per siās q; nugis uariora cri-
minari uolueris. Quid enim hic dubij possit errepe,
si uerbis Christi fidendum censeamus?

Matth. xvij.

Nobiscum igitur Christus. At ubi Christus, an non
ibi uia ueritas & uita? Si nobiscum uia, qui credi po-
test errasse patres, per inexpeditas scripturæ sili-
ces in hodiernum usq; diem? Si ueritas, certe ut mun-
dus insanat, ut abusio nihil non conspurcet, non po-
test errare ueritas, non potest non esse uerissimum,
quod hætenus credidit Ecclesia. Si nobiscum uita,
quæso, qua fronte mihi dicet aliquis militasse nos
omnes, iam inde ab exordio, sub uexillis mortis &
stipendio gehennæ? Sed ubi Christus, uia ueritas &
uita, An non ibi, & gratia, & quicquid ad fælicitatē
assequendā est necessariū? Quid adhuc recalcitras mi-
ser, cōtra uenerandā potius q̄ disputandā. Ecclæ cōsuetu-
dinem

dinem? An non hæc omnia tibi satis argumento sunt,
nihil horum oportere refellere, quæ credenda reâpit
Ecclesia?

Hic iterum nonnullos audio, qui clanculum in
aurem mihi frequentes obganniunt. Vbi est Werste-
mi Ecclesia catholica, ubi est Eccl'a catholica? Id quod
proclive diuinaverim, te quoque iam animo medita-
ri. Quo circa non grauabimur hic, obiter et uelut in
transitu pauca perstringere, quo et tibi præcludi
possit tergiversandi rimula, et illis, quorum nomi-
na lubes suppressero, dilucidior reddatur ueritas.

Hanc esse Christi Ecclesiam, quam
hactenus amplexati sumus.

Primum esto, perpendere nonnihil scrupulo-
sius, quæ sit Ecclesia, quâ hactenus sumus imi-
tati. Proximum, quis auctor fuerit. Ab hoc, quis con-
seruator. Deinq; quo inniti possit fundamento. Quis
enim his rite collustratis ambigat, hanc esse unicam,
illam et uere delectam Christi columbâ, cui et nasâ,
et mori pertulit? Quam Petro suo, non nisi ter amo-
rem professo, pasendam, dirigendâque committere uo-
luit. Et quæ tandè ea est? Nonne quæ iam inde ab ini-
tio unum deum in trinitate, et trinitatem in unitate
uenerata est? quæ unam hanc catholicam fidem, unum
baptisma, unum Euangelium inuolabiliter semp cre-
didit? Quæ Christum in carne est secuta, et uerbum ui-
tæ ex ore eius sumpsit? Et cui dixit, Nunquã relinqua
uos orphanos et c. Mitta uobis spiritum et c. Et, qui

Io. ultimo.

uos

uos audit, me audit, & qui uos spernit me spernit, quod
tot sanctis uiris, tot miraculis interim claruit? At haec
est quam nos amplectimur. Profer aliam quae ueris
unquam miraculis effulserit, Ostende quolibet, quae testes
habeat inuictiores quam martyres & confessores, Com=
mōstra unam aliquam, quae magis probabilia de Chri=
sto & digniora semper senserit, & herbam tibi dicto citi=
us porrigam. Verum uti nequaquam illud fieri potest, ita
parum prudenter mihi aliquot occurrunt, Vbi est West=
stemi catholica Ecclesia.

Iam illud si consideretur, quam inuicta semper
haec perstiterit, quam inconcussa resederit, quam ni=
hil omnium inimicorum spicula in eam effecerint, non
uideo qui possit negari, etiam ab inimicis, dei opus esse.
Quoties enim externis bellis, & intestinis incendijs
est petita? Quoties ab exterminandis antiquis haere=
sibus, a contruncandis recenter natis, & a perstrim=
gendis reuirescentibus tranquilla unquam quieuit? Quot
inimicos ipsa habuit, deum immortalem, ab ipsis pri=
mordijs ad hodiernum diem? quot occultos hostes, com=
posito, interim animo amicitiam simulantes? & tamen
ueluti Marpesia cautes inconcussa semper perstitit,
semper uictrix triumphum egit. Centum fere in pro=
patulo habentes haeresiarchae, immo ducetos ausim con=
tere, qui ualidissimis eam, & humanis & diaboli=
cis machinamentis oppugnarunt, & tantum tamen
abest, ut eam deicerent, ut etiam longe hinc effecta
sit ualidior. Id quod maximam ueritatis eius argumentum
esse

Hec est Ecclesia
Christi quae tot
sanctis uiris &
miraculis cla=
ruit.

Inconcussa
semper Ecclesia
remansit ad
tamas inimico=
rum procellas.

esse debet.

Prodeant igitur, qui clanculum mihi semper inge-
runt, Vbi est Werstemi catholica Ecclesia, dicantque
hanc quam nos credimus, non illam esse, quam super
petrum, id est, solidum saxum Christus fabricauit, cui
se nunquam defuturum polliatus est, quam petro tan-
ta sollicitudine pascendam reliquit, pro qua orauit ne
fide interdixente, fructuosa eius collaberetur propaga-
tio. Quod si mihi Thomæ fidem, uel Iacobi episcopa-
tum, uel Iohannis successionem incontaminata produ-
cerent, esset fortasse quod quererem, Vbi est Ecclia catho-
lica. Sed inuestigetur aliorum apostolorum episcopatus, et
omnes inuenient, uel inanes, uel illiæ occupatos. Pe-
tri autem cathedram cui dictum erat, orauit pro te Petre
ne unquam deficiat fides tua, inueniet constantiorem, quam
ut omnibus crebi machinationibus labefactari possit.
At ubi iam Petrus cum illa sua fortissima cathedra, an non
in Romana Ecclesia? Hic audio. Nunquam Romæ fuit
Petrus, Nec inuicta permanfit Romana Ecclesia, sed
concidit, sed diaboli armis profligata, iam mille qua-
dringentis fere annis interlapsa iacuit. Atque hic mihi
ueram Ecclesiam tali ratione statuunt. Fieri potest, ut
unus semper fuerit et alter, qui uerbum domini reue-
lante spiritu intellexerint, in quorum pectoribus indubi-
tata semper fides resederit, in ubi uis sese continere, et Ec-
cliam catholicam etc.

Nihil ad fidem, utcumque prelati
sese habeant.

Si nunquam

SI nunq̄ Romæ fuit Petrus? id qđ lōge se aus hā-
bere, nemo est q̄ nesciat. Quid tū quādo ptās il-
la Petri & monarchia, totius Eccl̄æ consensu illic re-
sident. Nec est qđ potest hāc, & fidē, quæ ab ea ma-
nant, faciamus irrita, propter stolidos aliquot episco-
pos, p̄pter auaros & mente captos Cardinales, pro-
pter phantasticam quēpiā Pontificē. Quid enim mo-
narchiæ ac dignitatis Petri refert, quid fidei nostræ
derogatur, si Liberi⁹ Papa Arriane subnotauerit hæ-
resi, si Marcellin⁹ idolis libamina obtulerit, si Anasta-
sius fatide exorbitauerit. Sit episcopus, qđ diē Agatæ
festuari præcipiat, qđ habeat amicā hoc appellatā
noie. Sit abbas, qđ fantasmata sua ligare cōtēdat ad pœ-
nā gehennæ. Sit priorculus, qđ celū promittat, si quis
obseruare uoluerit suas cōstitutūculas. Nū p̄pterea
debet infringi Christiana fides? absit. Et qđ ad nos il-
li, primatuū, archiepiscopatuū, & abbatiarū magni-
fici tituli? qđ curamus illa magistralia prædia, quæ ta-
mē oīa non insector, imo ueneror, si iuuāt religionē.
Sed si mali sint qđ talibus utūtur, si laborēt ambitioe,
fastu, inuidia, si toti sint in carne, uiderint ipsi, nostra
nihil interest, neq; pōt ideo falsum esse, quod tanto
semper consensu credidimus. Imo tametsi omnis
à Christo disasat ecclesiastica turba, non potest nos
fallere, quam habemus fidem. Non potest non
à deo esse Petri successio. Quemadmodum enim
non tollitur matrimonij dignitas, propter in-
numeros adulteros, ita fides Christiana nō redditur
falsior

Nihil Eccl̄æ
officit, si pec-
cet Papa.

Perditissimis
phariseis dñs
credi uoluit.

cōpellite eos
intrare. Lucę
xiiij.

Melāchtonis
sentētia im-
pugnatur.

falsior, propter prauaritatores & hereticos, ita pontificatus Monarchia non aufertur, si Papa millies insaniat, ita sacerdotij dignitas, non redditur elūbrior, si omnes ad inferos sese conferant sacerdotes. Proditor fuit Iudas, at nihil officiebat apostolicę dignitati, certe potestatem habebat remittendi peccata hominibus. Pessimus & omnium scelerum sentina fuit Cayphas, tamen anno pontificatus sui datum erat ei prophettare. Super Moysi Cathedram sederūt scribę sceleribus plenissimi, at audi pręcipiētem dominū. Quicquid dixerint uobis facite, si autem malefecerint, facere nolite.

Emittat igitur Papa bullas, donet indulgentias, liget, soluat, modo ne faciat illud in pñicię, certe potestatem habet. Constringat ad ieiunia, ad temperantię, ad pietatem, indiligentes hominum consuetudines. Cogat minus & pręceptiunculis, ut ouile dominicum ingrediantur, faciendi copiam habet. Etiam si ipse foris maneat, fiatq; tandē pręda lupis. Quāq; hic, cum multos alios, tum pręcipue Melanchtonē reclamantem audio, Non esse constringendas hominum consuetudines. Atq; hic adducit illud Pauli ad Corinthios ultimo data est uobis potestas, non in destructionem sed in edificationem. Sed audi doctissime Melanchton, Via est publica qua itur ad urbem, Salebrosa admodum, undiq; scrupi, undiq; lacunę putres, undique horridissima senticcta, & tamen hac iter est faciendū. Si tibi quispiam hic diuerticulum cōmonstret, quod tutius breuiusq;

breuiusq; perducatur ad urbem, immo si te cogat nolet
tem, uirgisq; & fustibus egregie casum, ad illud rapi-
at. Num ille te destruit? Præceptum est domini. Non
fornicaberis. Sed uide quàm hoc iter sit lubricum. Via
de quot hic horrida mostra uia obsepiat, fallax muti-
dus, tortuosus serpens, petulcæ carnis illeæbroso priu-
rigo, quæ nisi uigiles cauerimus, in prodigiosas bru-
torum nos species deformabunt. Et tamen hac est eun-
dum. Quid faciemus? Hic si pius Episcopus diuertis-
culum nobis querat, quod inoffensius sistat ad metam,
an non hoc ædificare est potius, quàm destruere? Di-
uerticulum esto. Si hortetur, si præcipiat ut à cibis qui-
busdã & potibus temperemus, et ab hijs potissimum,
quibus ipsa incrudefat tentatio. Si cõstringat, ut obe-
diamus, ut ieiunijs & orationibus cum Paulo ceteris-
risq; carnem supprimamus. Quod mi Philippe, si ali-
quot uestrates monachi fessent, nõ tantis fortasse tu-
multibus ferueret Christiana ciuitas. Demiror igitur
perspicax illud ingenium tuum, qui nõ has scripturas
tempori magis cõgruas uideris. Trahe me post te. In
chamo & freno maxillas eorum constringe. Ite per ui-
cos & plateas & cõpellite eos intrare & c. Quæ quædã
uerba satis innuunt, præceptis quibusdã & constituti-
onibus propellendos inertes homines ad uirtutes &
& pia opera. Et nisi uehementissime decipior, nulli
hominum generi, quos sol hodie uidet, magis fuerit
necessarium, chamo & freno constringi pertrahiq;
præceptionum scutica compelli, quàm miseris tuis Luthe-

vanis, quibus nullum penitus est liberū arbitriū, & qui feruntur proni quocunq; uocat affectus.

Scrupulosius introspicere nolo, mihi satis abunde iam uisum est, refutasse solum, quod apud imperitatā plebeculā audio de Melanchtonis sententiā disertari. Alias, opinor, tractabimus ista, nō nihil exquisitius.

Ineptire illos, q̄ fidē Christi statuūt in uno uel altero homine.

Nunc ad illos regredior, qui cōspurcata Petri sede Ecclesiam mihi statuunt, in pauas hominū pectoribus. Et primā pio dispiāamus paululū, q̄ bellos illi theologos agant. Quando lubet, nihil est hoīe magis fluidū, nihil ē in eo, neq; liberū arbitriū, neq; quicq; boni, & peccat in omni ope quātumuis bono, Imo sunt oēs hoīm iustitiæ, ueluti pānus menstruatæ. Et hæc oīa diuersis moliūtur fulare scripturis. Rursum quando uolunt, nihil est ipso hoīe constantius firmissq; imo basis est, & fundamentū nostræ fidei.

At instabilius est fundamentū hoc, q̄ ut à Christo querit appellari petra, fragilius est, q̄ ut incōcūsum residisse potuerit, ad tā ualidos inimicorū arietes. Quoties enim est in fide cōflictū atrociter ab ipso nascentis Ecclesie primordio, ad nostra tpa? Et quotumquodq; interim pectus extitit, tā munitū, tā inaccessū, qd̄ non aliqua sui parte diaboli tēptamētis succubuerit? Ausim dicere, ul' pauassima, ul' nullū. Si dubitas, pp̄de destructilē hoīs geniū. pp̄de labefactilis animi fluxiles motus. E diuerso, uide demonū uersutias, uide

uide mundū illecebris delibutum, uide carnē in uia
ppensissimā. Et qd pluribus opus est? uideres iā diu
dirutā Ecclā, & undiq; cōuulsam, nisi solidus fuisset
nacta fundamentū. Nec eses (facile dixerim) nomē cla
turā firmamenti & colūne à Paulo sortita, si uidisset
eā inniti tā fluido fundamentulo, quū alibi luce clari
us asserat, nullum esse hominem tanta præditum san
ctimonia, qui non interim peccatrici conscientie scri
pulos sentiat.

Vis autē audire tuorū stultitiam? Ecclā Christi
statuunt in uno uel altero homine. Cur illud autem?
Cur putas, nisi ut eam errasse facilius astruant per
tot annorū curricula, Vide consiliū callidum. Sed orat
Christus ne Petri fides interadat. Et pollicetur sese
nobiscum ppetuo mansurum. At hoc magis elucēsit
eorum stultitia. Præterea, quid stultius esse potest, q̄
hominem uocare petram & fidei Christianæ funda
mentum, quem mox uaniorem facias quouis græco, et
in pariete depicta nebula, dum auferis ab eo, & libe
rū arbitriū, & omnē gratiā, asserisq; eū in omni co
natu peccare mortaliter, & absolute necessitate in oēm
rapi maliciā? Quis tā nullo sensu præditus, q̄ nō pri
ma statim fronte pnoscat hanc stultissimā stultitiam? quā
ego fortassis excusatiore autumarem, si tantū stultitia
esset, & non etiam inuidia.

Et nescio q̄ sit, qd̄ adeo sum inspiciosus? Nā cū ubiq;
fere, tū hoc potissimū loco tenaciter suspicor, nihil ho
rū excogitatū eē, tā ueritatis gratia, et ad dei gloriā,

quã ad romanã sedis, & omniũ sacerdotum igno-
miniam & profligationem. Non enim poterãt obsuri
fraterculi, libertatẽ nanãsa corporeã, gloria corona-
ri & honore, desideratis potiri mulierculis, nisi pri-
us ecclesiastico cœtui maximam conflassent apud ru-
des & indoctos inuidiã, nisi prius Ecclãm Petri fe-
cissent operationem erroris, meretricẽ, regnũ Anti-
christi, captiuitatem Babilonicã, sceleratã abomina-
tionem. (Sic enim ipsi dicunt) nisi summos Pontifices
blasphemos nominarent dracones, Cardinales et Epi-
scopos, pigros uentres, canonicos & uicarios culina-
rios porcos.

Atqui sic erat Euangelium illud expediendum,
quod monachis dare poterat gloriã & honores, di-
uitias & uxores. Videte quã sim suspiciõsus, hæc ois
suspico, & plura suspicabor fortasse, sed suo loco.

Penetrantiore esse Christi doctrinã, q̃ ut oc-
cultari quiuerit ad tantum tẽporis.

MOdo mihi propositum est, illorum ineptias
refellere, qui doctrinã Christi nobis affir-
ment, annis plus mille quadringentis, ueluti miserã
peregrinã, anxiam interim et turbatã, ex uno in
aliud sese pectus condidisse, & inde rursus in aliud,
& iterum in prius forte regressã delituisse.

Fuerit aut opinionis huiusce faallima conuulsio,
si primum dispendere uoluerimus, efficitiorẽ esse
Christi doctrinã, quã ut sic potuerit opprimi, ful-
gentiorẽ, quã ut tanto tẽpore quiuerit occultari.

Rudis

Rudia sunt Christi uerba, sunt simplicia, sunt
orationis leno animo expertia. Nō infiaor. Sed anima
ta sunt, ignea sunt, sunt ad intimū penetrantia spūm,
Alliaunt homines, hortatur, agitant, cogunt, uim in-
ferunt. sua pte uirtute in lucem sese exerunt.

Non potuit Chorandas ille facundissimus legisla-
tor, pauculos flectere, uel Celtos, uel Iberos. Non po-
tuit Sparte magnanimitas, Pithij Apollinis p̄lebris
fama, uel pauculos Græcos, uel Mantines, uel Corin-
thios compescere. Nō potuerunt Solon & Draco pau-
cissimis Atheniēsis iugum imponere. At Christi do-
ctrina per duodecim rusticos homines promulgata to-
tam fere mundum attraxit, cōpescuitq̄.

Quod Anthistrophōtibz nō potuerunt tot Miri-
ades Rhetorū, quod philosophi suis uirtutibus, quod
libertate & minis primāpes, quod tormentorū diuer-
sis generibus tirāni. Hoc Christi doctrina nudo quo-
dā & rudi sermonis eloquio, pauculo admodum ne-
goāo perfeat. Et hanc tot annorum curricula, man-
tam fuisse, frigidam, inefficāem, sopitam, asserere
audebimus?

Adde quod inimici tacere, nō poterant. Siqdē, ob
id, Hebr. ei confixerūt suam tetragrammatos fabulā.
Et Tiberius Cæsar inter deos Christum reāpe consu-
luit. Construxit ei sumtuosam basilicam Alexander
seuerus. Eius statuā Anthonius pius adorauit. Quid
memorē Amilium illum Plotini discipulū? qui tãcti
Christiani nominis insensissimus hostis extiterit, com-

F iij pulsus

Plato, Moses
est Attica lo
quēs lingua.

pulsus tamen est, Iohannis Evangelio condescendere.
Transeo Platonem, Aristotelē, Pythagorā & aliorū
immensam philosophorū turmam, quos Augustinus
& Ambrosius aliquot dogmatū milia, è sacrarū li-
trariū penu deprompsisse contendunt. Immo tradit
Numenius, nihil aliud Platonē eē, q̄ Mosen attica lo-
quentē lingua. Testatur id ipsum Hermippus de suo
Pythagora, Idētidem, Clearchus de Aristotele. Et qd
aliud, queso, est, Ouidij Metamorphosis, q̄ cœlestis
eloquij incognita quædam ueritas, quæ inter media
poetarū inuolucra, natiuū illud iubar retinens, fulgē-
da semp etlympida cōuisitur? Quid enim illo aptius
etiā ab ipsis apostolis scribi potuisset?
Prospiciēs prolem sancta de uirgine natum.
Et, summo dilabor olympo,
Et Deus humana lustrō sub imagine terras.
Et iterum
Illeq; sydeream mundi qui temperat arcem,
Exiguus tenero lac bibit ore puer.
Et canit Vergilius.
Iam noua progenies cœlo dimittitur alto
Attulit & nobis aliquando optantibus ætas
Auxilium, aduentumq; dei cum foemina primum
Nec generis nostri puerum nec sanguinis ædit.
Et rursus alibi,
Nate mee uires mea magna potentia solus.
Sed unde hæc in Ethnicorum libris, nisi qd' im-
possibile est, hoc lumē super candelabrum positum,
quod

quod est Christi doctrina, occultari posse? Siqdem tā
 nervosa eius est uirtus, ut quo magis opprimere stu-
 deas, eo magis & magis erumpat, atq; in lucem ful-
 gentius sese exerat. Ea est potentia, ut oppugnatores
 alioqui fortissimos, secum rapiat, trahatq;. Tāta eius
 est ueritas, ut quanto magis fabulis & mendacijs pol-
 luas, tanto rutilius quibuscunq; sese obuiam ferat,
 Immo tam immensa est huius disciplinae amplitudo,
 ut nullam esse gentem arbitrer, sub concavo orbis lu-
 ne globulo, ad quam non peruenerit eius uel sapor
 uel fragrantia. Quo factum opinor, ut confidenter
 clamare Tortellius non erubuerit, neminem esse,
 neq; sophistam, neq; pactam, neque phylosophum,
 qui non ex hoc uberrimo fonte potum hauserit. Vi-
 des ut uiua est Christiana doctrina, ut efficax, ut un-
 dique propagata? At cur asserere non erubescas, osā-
 tanter eam in uno hactenus aut altero hominis pe-
 ctore latuisse? & iam tandem à Lutheranis tuis tan-
 quam ex Heracliti antro, aut democriti puteo ex-
 tractam, uel potius ex spelunca qua piam Bohemiā
 deserti asatam. Itē, Christus inquit, per uniuersum
 mundum, & prae dicte Euangelium omni creature.
 In omnem terram exiuit sonus eorum, canit mysticus
 ille poeta. Et rursus alio loco ueritas ait. Quae dico
 uobis in tenebris, dicite in lumine, & q̄ in aurē audi-
 uistis, predicite sup̄ tecta. Sed hic semp̄ τὸ ἀδυσμα.
 At p̄fer oēs artes, p̄fer oēm humanā Phylosophiā,

Marc. vlt.

Psal. xvij.

Matth. x.

.i. eandē cāntē
lenā canit.

F iij profer

profer omnem totius mundi scientiã, & quiduis susti-
nuero supplicij, nisi confestim oia uideas, ueluti stup-
pea puluiscula exufflari ad hanc doctrinam, quam tu
mihi frigidam hic facis atq; inefficacem.

Quando igitur tam est uigorosa & penetrãs do-
ctrina Christi, ut Ethnicijs ipsis, uti superius proba-
tum est, in umbra existentibus passim exaderit ue-
luti Cayphæ, credi non potest, quin fulgidius longe
emiacerit, in hoc lucis tempore, atq; inter illos, quibus
cruafixus est Christus, quã in uno aut altero pectore

Petri. ij.

Iohan. xiiij.

Nõ est acceptor deus personarũ, id quod Petrus.
a se cõpertũ refert. Vniuerso hoim generi, Si modo
non desit sibi ipsi, Salutem in terris attulit. Omni-
bus est mortuus, omnibus resurrexit, omnibus euul-
gari uoluit suam fidem, omneis uocauit, erga omneis
inexplicabilem quãdam charitatem habuit, pollicatus
est in terris sese perpetuo mansurum. Sed uide quã
hec omnia frigeant, si nesatur hodie, ubi latitet illa
fides, ubi resideat Christus cum illa sua colũba unica.
Vide quã lucrifera mors eius fuerit, si unus interim uel
alter solum permanserit Christianus. Habet innume-
ros sibi adglutinatos Mahometus ille furãfer. Habet
aliquãmultos spurcus Montanus. Habet non paucos
stolidus Lutherus, qui ne culnum quidẽ latũ, a præ-
scriptis suis discedant, at nihil habet pauper Chri-
stus, nisi unum aut aliud pectus in quo sese possit re-
apere. Habent suos interpretes iudeorum rabini,
habent suos Lucianus, Homerus, Vergilius, Terẽtius,
habet

habet Aristotelis oim fere linguarū interpretes, ha-
bent suos ceterorū aliquot milia, quibus omnino fe-
re nihil impingitur, nisi quod mentem sui, quisq; au-
ctoris luculenter expreſerint, fuerintq; habunde fæ-
liāter, i hijs nenijs & mēdacijs uersati. At neminē ad
tot annos habuit piſſimus Christus, qui scopū attin-
gere potuerit, quiue intellexerit, quid docuerit tantus
præptor, & tā neceſſarius. Et tamē haud ſāo, an illa
quæ ad salutem nobis ſufficiunt, abſolutius, apertius,
ſiue (ut ita dicam) ruſtiāius tradi potuerint.

Sed illos demiror, qui non eadem frōte, cum Mo-
hometenſibus & Iudæis dicant prophetā fuiſſe Chri-
ſtum et mirabilium operum effectorem, ſed non illū
qui genus humanum redimere uoluerit. Et cur non
itentidē dicant, ut ſunt impudenter uani, ludū quen-
dam & fallaciā Chriſti mortem? Quid enim aliud ſe-
quitur, ſi aureos in Arabia montes nobis ſit polliā-
tus, neq; quicq; horum præſtiterit? ſi præpta nobis
dederit, quorum eſt impoſſibilis obſeruatō, ſi pur-
gatorium fecerit in quo peccarent animæ ſemp morta-
liter, ſi peccare nos faciāt inuitos, & tamē ob id, æ-
ternis abiudicat ignibus. Si tam miſere nos decēpit, in
hijs uerbis, hoc eſt enim corpus meum, ut luteā ali-
quā ſubſtātiā, idolatrarū more, pro corpore ſuo ha-
ctenus adorauerimus. Si in tā impijs erroribus deti-
neri nos aduſq; hodie uoluit, & magis ſemper & ma-
gis excecauit ſuis miraculis. Si nobis reliquit ſcriptu-
ram, quam nemo hucusq; intelligere potuit, & alia

F V plura

ſimpliciffime
nobis tradita
q̄ ad ſalutē ne-
ceſſaria ſunt.

plura, tam impudenter & perniciose debachata, ut ego nunquam turpiorem heresim uiderim? Ostende si potes mille mihi Luianos & Mötanos, qui unquam de deo senserint absurdiora, & in ignem mittatur. Verstemius.

At haec aliter, inquires, Lutherani interpretantur. Quid mea? si etiam aliter uel in organis oia ludant, uel in tibia, Certe nihiloseaus audio Hēnnonēs interim & Bertas istiusmodi tractare oppido quam perniciositer.

Errare illos, qui tantam in scripturis claritudinem dicant.

Verum quid est, quod ipsi instar cærei nasci quocumque libeat non possint uertere? Quando uolunt, nullus quicumque in sacris diuini eloquij literis, intelligit, nisi linguarum habeat peritiā. Rursus quando eis placet, nihil est illic quod non statim capiat simplex grammaticus. Et continuo nihil horum opus est, sed oia spiritus sanctus interpretatur. Et iterum quando uolunt, adeo grauis est scriptura, adeoque recodita, ut nullus extiterit ab apostolorum tpe, quantumuis peritus, quantumuis eruditionis gloria prestans, quantumuis uita sanctimonia conspicuus, qui non interim, infantiliter exorbitauerit. Et rursus quando eis lubet, nihil in ea est tam intricatum, quod non possit statim explicatum reddere Wittēbergica muliercula. Immo clamant, lucerna est nostris pedibus. Id quod ego nunquam ad satietatem mirari potui. Si enim tam clara est, quam

est, quod ipsi uolunt uideri, non intelligo, quãobrem dicere non uereantur tot sanctos patres, in tanta claritudine, non dubitasse modo, sed etiam enormiter aberrasse.

Et si tanta in scripturis claritas, respondeat, quæeso, quid apostolis obstitit, quo minus potuerint intelligere scripturas, audiuerunt enim et uiderunt omnia, et tamen nihil intellexerunt, donec Christus sensum illis aperiret. Adferant mihi causam illius exclamationis Pauli, O altitudo diuitiarum sapientiæ et prudentiæ dei quæ incomprehensibilia sunt iudicia, eius etc. Dicant, amabo, quare Petrus quædam in Paulo grauiascribat, atque intellectu difficilia? Et cur idem Paulus scripserit. Videmus nunc per speculum in enigmate. Ex parte cognoscimus, et ex parte prophetamus. Et cur David. Posuit tenebras latibulum suum. Caligo sub pedibus eius. Docent quid Augustinum in tractata genesis clamare compulerit, Sacra scriptura altitudie supbos irridet, profunditate attetos tenet. Docent, quare idem non ausus fuerit pronuntiare sententiam de peccato in spiritum sanctum nunquam remittendo, et cur alibi sepe iudicium non exprimat. Quid uiderit in locis inter se pugnantibus, in tropis et allegorijs.

Quid Hieronymum commemorem? cui nemo est adeo perspicax ingenij, qui Esaiam, Ieremiam, Ezechielem, et Danielelem uel intelligere possit uel exponere? Quorum primus, ut idem inquit, non prophetiam uidetur texere, sed Euangelium. Secundus, uirgam nucem, et ollam succensam a facie Aglonis, et pardum

Rom. xi.

ij. Petri ij.

i. Corin. xij.

Psal. xvij.

Ezechiel in
principio &
fine multis
obscuritatib⁹
nuolutus.

pardum spoliatum suis coloribus, & quadruplex dis
uersis metris nectit alphabetum. Tertius principium et
finem, tantis habet obscuritatibus inuoluta, ut apud
hebreos, iste partes cum exordio Genesis, ante an
nos triginta non legantur. Quartus uero, qui & ex
tremus inter quatuor prophetas temporum consatus et
totius mundi Phylistoros lapidem preciosum de mon
te sine manibus, & regna omnia subuertentem, claro
sermone pronunciat.

Iob obscurus

Et quid, deum immortalē, uidit Hieronymus iste
in Iob prophetam, in quo nullū esse uerbum affirmat,
quod non plenis undiq; scateat sententijs? Quid conspe
xit in uniuerso ueteri testamento? ubi tot retrusas sen
tentias, tot allegoriarū & tropum perplexitates, tot

Vetus instru
mentū obscurū

mysteriourum archana, euangelicæ institutionis sacra
mentis fragrantia, ut ob id compulsus sit socraticum il
lud frequēter i ore habere. Hoc tantū scio, qd' nescio?

At hic est lusciosus tibi, ignauus, & plumbeus, ut
qui cæcutierit in re prope luce ipsa clariore. Et quid
Lutherus est? quid cæteri cōplicēs? Eruditi sunt, inq;,
& subtilissimi. Nō infidior, sed ex nimia subtilitate stul
tissimi sunt. Profer, si potes, in quo Lutherus, Hiero
nymū præcellat, præterq̄ quod ex monacho factus sit
maritus.

Prop̄ Ebionē
et Cherin
tham scripsit
Ioēs quartū
Euangelium.

Sed age, si tanta in scripturis claritas, dicat mihi
omnisaius ille Lutherus tuus, quare Ebion & Cherin
thus Christi negabant diuinitatem, contra quos coas
ctus fuit Iohānes, Euangelium suum conscribere. Do
ceat

ceat

erat, quia Hymeneus & Alexander circa fidem, ut
Paulus refert, naufragium fecerunt. Explicet mihi, di-
uinae incarnationis, eiusque & aeternae, & ex tempore
natiuitatis mysterium. Enucliet, amabo, qua ratione
duae disparatae substantiae, non oblitterata utriusque pro-
prietate, in unam conueniant personam, & erit mihi
magnus Apollo. At fragilius est humanae rationis acu-
me, quam ut nocturnis oculis, hanc ineffabilem lucem possit
comprehendere. Quod si per philosophiam nodum expli-
care uoluerit, audiet nobis acclamantem Apostolum.
Videte ne quis decipiat uos, per philosophiam & in-
anem fallaciam. Sin autem iactet spiritum domini, reclama-
bunt protinus pestiferi calami sui caries & uirulentia.
Si uero promat sententiam ex proprii capitis uerti-
gine, praeterquam quod est homo, & Lutherus, acclaman-
tes habebit innumeros sodalium sui complicēs.

Quid igitur habes, quod tibi fidem apud nos im-
petret, nihil esse in sacris literis tam intricatum, quod
non statim Lutheri pateat? quid inquam habes? eximi-
am illam imperitae multitudinis aestimationem? At habe-
bat Arrius multo celebriorem, ut qui longe spectatissi-
me uita fuerit. Et, amabo, certior me faciat Lutherus
ubi claritas illa scripturarum retrusa delituit, quan-
do uir ille adeo impense theologus, & tam perspicua
preditus ingenio, in tam foedam lapsus est haesim?
Et tamen tantum abest ut ex industria fecerit, ut etiam
in epistola ad Eusebium apertissime testetur, persecu-
tionem se pati, propter ueritatem omnia uincantem.

Vbi

Error Arrij.

Vbi claritas illa? quādo post hunc Macedonius,
Nestorius, Euticius, Heluidius, Iovinianus, Donatus
Pelagius, Wiclesus, Husus, intantum exorbitarunt
fætidè?

Et ubi tandem illa claritas iam incubat? Quādo
Lutherus ipse, Corolladius, Oecolampadius, Zuingli-
us, Capito, & cæteri, tantis ebulliunt dissentimētis, ut
non uerbis modo, ultro atroq; habitis, uerū etiā edi-
tis mille Sicophantiās libellis, atroāter inuicem, et nō
i. Thimn. i. sine graui periculo digladiētur. Quos apostolus ait,
non intelligere, neq; quæ loquūtur, neq; de quibus affir-
ij. Pet. ij mant. Quos Petrus appellat mendaces magistros, p̄di-
tionis sectas inducentes. Et Christus eos fortasse cum iu-
Lucæ. viij. deis adeo diāt excæcatos, ut uidentes non uideāt, &
audiētes, neq; audiant, neq; intelligant. Quæ nequa q̄
legerentur, si tam clara esset scriptura, q̄ ipsi uideri
uolunt. Sed nec Paulus de sapiētia sua Chorinthios
i. Corint. i. celsisset adhuc infantes in Christo. Neq; Galatas pri-
i. Corin. ij. mum lacte fouisset. Neq; cōquestus fuisset Euangeliū
esse iudeis scandalo, & græcis uideri stultitiam. Nec
i. Corint. i. ad Corinthios dixisset, Euangelium suum opertum
ij. Corin. ij. esse in pereuntibus, si tanta in scripturis esset lux &
claritas.

Et deum immortalem, si tanta in scripturis lux
est, cur sepe balbutit Pomeranus ille? Cur heret ali-
quoties Melanchton? Cur adeo dubitanter loquitur
in plerisque locis Oecolampadius? Atque adeo, cur
Lutherus ipse proficitur, se aliquot articulos in sac-
cris

eris literis disputasse, quos tamen minime intellexit?
sic enim, inquit. Hos articulos disputavi, protestatus
me esse rerum istarum ignarū. At ubi iam est illa cla-
ritas? Dij boni quā uerax est apostolicum illud, eos
non intelligere, neq; quæ loquuntur, neq; de quibus
affirmant. Prodeat igitur, omnis aus quisq; Lutheranus,
et hæc mihi subruat clarissima testimonia.

Et tenebrosam esse scripturā et
diluādam.

A Bite miseri, et alios quærite qui uobis crea-
dant. Nobis persuasissimum est, et obscu-
ram esse scripturam, et diluādam, sed ita tamen, ut
Ecclesiæ permaneat illesa sua auctoritas.

Obscuram quidem, quod aliquam multa illic in-
sunt, quorum incomprehensibilis est cognitio huma-
no capiti. Qualia sunt, quæ Paulum eo pertruserunt
angustiae, ut exclamaret, Quis cognouit sensum do-
mini, aut quis consiliarius eius fuit? Atq; illis quidē
quanto scrupulosius infixi fuerimus, tanto magis et
magis semper perplexi reddimur. Diluādam uero,
quod credibile non sit, quin nobis semper ex ea per-
luxerint Christianæ fidei necessaria dogmata.

At uos utrunque in tantum tractatis inauiliter,
ut neutrobi neque Christo neque Ecclesiæ suffu-
gium pateat ab iniuria. Videtis ut nihil non
perlustret, æthereus ille solis fulgor? Ut om-
nibus administrat luminis affluentiam, et quan-
tum necesse sit humanis usibus? At obscurus
erit si

Vim infernut
Lutherani
Euāgelicis
literis.

erit, si pressius introspicias. Humanæ enim sollertiæ non est, causas intelligere, cur tam sit lucidus & uigilans, cur tam incredibilis magnitudo, & quid uelit rapax illa & irrequieta cōuersio, Ita pari propemodum ratione, scripturam & claram & obscurā asserimus. Clarā quidem, quod apertius salutis nostræ necessaria documenta tribuat, quàm ut opus sit Lutherū adferre, qui interpretetur. Obscuram autem, quod quædam habeat mysteria, usque adeo recōdita, ut ab homine sciri non possint, priusquā corporeis istis uinculis expeditus, in cœlum lympidus emigrauerit. Nisi enim diuini uerbi incarnationis archanum, quis credat, profecto nunquam explicabit oratio. Et hinc est quod fides Christiana dicimus, non Christiana scientia, & quod mysteria, μυστήριον enim græcè, archanum significat. Atque equidē Lutheranos impescemiror, qui nōdum horum uocabulorum nobis prescripserint μεταμύσθησιν. Posteaquā nihil est, quod non sit eis perspectissimum, & quod ad unguem non calleant etiā memoriter. Et quotusquisque eorū auditurus est, fides tua te saluū fecit? Opinor audituri sunt, uenite Lutherani, scientia uestra uos saluos fecit.

Purgatoriū

PURGATORIVM ESSE

testatur ipsa ratio.



Riminabitur aliquis, tanquã
multiplicius dixerim, & tã
men uix poterat minori uer
borũ profluuio dilui, quod
obiectũ erat ab aduersario,
Sed iam ad reliqua transuen
dum.

Vt demus nullam esse scripturam, quæ fidem uo
bis de purgatorio faciãt. At ubi tandẽ scriptura, quæ
purgatoriũ eliminẽt? Non est quod Lutherũ obijãas.
Sic enim ille. Ego tamen & purgatorium credo, &
consulo sua deoq; credendum. Et alibi, Mibi certissi
mum est purgatorium esse, nec multum me mouet
quid blaterant heretici & c. Quid hodie sentiat, mi
hi compertum non est, hoc scio, quod olim ita scripse
rit. Quid iam adfertis, quod assertionem uestrã stabi
liãt? Et quid est quod possit pro uobis adferri, quum
ipsa ratio tanq; falsissimam, hanc uestrã opinionẽ &
reijãat & conculcẽt?

Siquidem diuine uoluptati tam ampla dignita
tis est gloria, ut ea non possit anima frui, priusquam
omnis noxæ longe immunis extiterit, & baptismalis
innocentiæ puritatẽ fuerit assecuta. Hoc si negatis, et
ego uos sanos nego. At conceditis opinor. Videte in
terim, quã paucus sit numerus, tam pure è uiuis de
cedentiũ

Primum
Argumẽtum

G

cedentiũ

cedentium. Vel igitur omnes ad tartara ruunt, uel ex-
plosis in purgatorio labeculis, ad gloriam illam coeli,
nunquam satis eloquentiam conuolitant. Quorum alter
concedere diabolicam, alterum denegare here-
tiam fuerit.

Tria hoim
gna.

In quam sententiam si Augustinum non reusa-
ueritis, non uideo quod reddi possit res dilucidior. Tria
distinguit hic hominum genera, quorum alij, omnibus
expediti sordibus, statim a morte, angelorum adiu-
dicantur consorcio. Alij autem lethalis mendae sarana
pressi in spaciosum Plutonis regnum praecipites la-
buntur. Alij uero medium inter hos tenentes, neque boni
sunt penitus neque admodum impij, uenialibus puta labe-
culis aspersi. Vbi quaeeso collocandos hos censetis? Num
in albo beatorum? At id nisi candidissimos admittit. Num
in Plutonis aula? at illic, nisi mortali spurco peccato ne-
mo detruditur. Videtis, uel hinc duntaxat esse, purgato-
rium necessario, ut ibi mundana feces explosa, spiritus a-
tra omne obstaculum ad eternam uolitet gloriae? Hoc
nimirum Davidis argumentum, purgatum septies.
Hic Euangelicus ille carcer, quo contrusa anima, ulti-
mum quadrantem cogitur expendere. Hic ignis ille
apostolicus, quo tantisper decoquitur anima, dum bel-
lula, dum candidula, dum soli simillima diuino con-
spectui presentetur.

Mat. v. et xij.

Corint. iij.

Argumentum
secundum.

Factis nimirum, ut summae misericordiae ita sum-
mae quoque iustitiae nephandissimam iniuriam.
Quemadmodum enim summa bonitas, nihil ope-
ris

ris boni irremuneratum patitur, ita summus ille
iustitiae rigor, nullum malitiae facinus impunitum re-
linquit.

ET quid hoc? Nunquid contrariorum alterum
medelam alteri confert? confert nimirum. Er- Argumētū
quartum
go peccatum ipsum pena expiandum restabit, quum
ex delectatione illud oriatur, cuius contrarium, pe-
nam esse, nemo est qui ambigat.

Hic mihi confestim occurrunt ij, quibus nonnihil
theologicae rei decriptum est, ē Lutheri codicibus. Ve-
re, inquiūt, peccatum pena expiandū restat, Sed hāc
penam timor aduehit. Atq; hic Ioannis illud torquēt.
Timor penam habet, Sed Ioannes timorem intelligit
peccatores animi, charitatis fraternae defectu laborā-
tis. Qui qdē anim⁹, licet dei iudiciū horreat, et cōtre-
miscat, nihil agit tamē ad aīe purgationē, nisi quate-
nus ad dominū iusta penitudine regrediatur.

Sed hoc, quia parū dextre proædit, mihi semp
in os reānitur, intercalaris illa cantio. Non legitur in
Euangelio purgatorium, ergo nullum est.

PURGATORIUM ESSE,
testantur scripturae solidae.



Ge uero, afferamus auctoritatē ex
scripturis sc̄tis. Et p̄ncipio, illd' Ma-
thei capite duodecimo, Vbi dicitur.
Quod si quis contra spiritum blas-
phemauerit, neque in hoc saeculo re-
mittetur ei, neq; i futuro. At hec apd' Lutheranos nō

G ij impetrabunt

impetrabūt fidem, nisi ab eis petatur interpretatio. Quod si feceris, uelis nolis, in diuersum te rapiet, nec erit tibi locus pbandi quod institueras. Tantū habent potentiaē nī arcanis literis. Verum hanc auctoritatē præcellens ille Gregorius in hanc partem citat, dialogorum libro quarto. Quid tum postea? Stupidus ille, si cum hoc hominum genere conferas, & plane inferior, quā ut matire audeat, aduersus nouiciū spūs huius bombos & crasmata. Itidem nec Augustinum citare licebit, quē tamen si totum sibi uēdicāt aduersus Erasmiū, huc tamen si cōduxeris, male audiet. Quāq̄ disautiat hæc uerba, qui uolet, paulo diligentius, & cōfestim minutulo negotio uidebit, q̄ apposite purgatorij certitudinem hinc sancti uiri firmauerint. Nam quid apertius in hāc partem dici poterat, quā neq; remittetur in hoc seculo, neq; in futuro? An nō hic plane Christus indicat, quædā hic remittenda, & quædā in futuro?

Dixerit aliquis, Tropus ē hebræe lingue, ut quædā præter spem aliquādo loquenti exadāt, quæ si in discussionem trahantur consuetudinis erunt, & plane superflua. Sed absit hic tropus à uero deo. Siquidem perra ro loquitur, & non nisi summe necessaria. Et illorū ut indubiā nobis faceret fidem, Testatus est, dicens. Cœlum & terra transibunt, uerba autem mea non transibunt. Negari igitur non potest, quædā in futuro remittenda. Sed hoc non erit in ipso iudicij punctulo, quia rigor ille diuine iustitiæ nihil impunitum relinquit

quit. Immo iustitias iudicabit dominus. Neque erit in inferno, quum ibi nihil sit ereptionis spei. Sit igitur in purgatorio necesse est ubi ultimū etiā quadrantē persolvere quis tenebitur. Matth. vi

Accedit et illud Pauli ad Philippenses secundo capite. Vbi legitur. In nomine Iesu, omne genu flectetur, cælestium, terrestrium, et infernorum. Phi. ij.

Hic habes triplicem ordinem, quemadmodū et triplex est Ecclesia, triūphans, militās, et exspectās. Triplex
Ecclesia. At ostende quis ille sit ultimus? Docet q̄ inferna, quos inferos apostolus commemorat, quorū exoptet flecti genua in nomine Iesu? Num produces mihi demones? Num ignibus eternis addictos spiritus? At ij non solum creature, uerum etiam creatori pessime comprecantur, ij blasphemias eructunt, tantum abest ut genua flectant, ij nomen Iesu execratur, nedum non adorant. Nullum ibi tēperamentum, refrigerium nullū, nihil unq̄ euasionis spei, semper flammæ, semp̄ cruciatus miseri, semp̄ hiulcæ conclamationes, et execrationes. Neq; Paulū estimo tā exiguo sensu præditum, ut illis quicquid uelit præcipere, quos non contempturos modo nō dubitet, uerū etiā lōge euasuros inde peiores.

Quid igitur faciēs? certe ut ad eos conseras, necessitas urget, q̄ rationis contractæ supputamenta adhūpsoluant, qui uillicationis perperā gestæ expiatiuis purgatorij flammis damna compēsant, quandoquidē illi, omni postergata cōsatione, diuinam inuocant misericordiam, nihil interim affectantes axdētius, quāz

G ij istis

istis eripi crudatib⁹, & aetherea illa uoluptate impar-
tiri. Quanto putas ij deum prosequuntur honore,
quanta reuerētia, cuius tanto affectus ardore & gra-
tiā sitiunt, & prestolantur gloriam.

Argumētum
sexum.
Apollp. v.

Est item in Apocalipsi scriptura, ordinis huius
tripartiti mentionem faciēns, ubi scribitur,
nemine inuentū, neq; in caelo neq; in terra, neq; sub-
tus terrā, qui dignus fuerit aperiēdi libri. Hic iterū
audis subterraneos, quos tu mihi, opinor, demones fa-
cies & damnatas animas. Amabo, ita ne Ioannes est
temerarius, ut inter illos esse quempiam aestimet, de
quo nonnihil sit probabilitatis libri recludendi?
Multum te arbitror, sed frustra sudaturū ut has mihi
scripturas in diuersum torqueas. Sed rarissimus est,
qui non sit perspicatior, quā, ut non uideat hunc
tertium ordinem, purgatorij nobis strictissimam fa-
cere fidem.

Argumētum
septimum.
Ioan. i. ca. v.

Dilemma.

Rursus alio loco Iohannes inquit, Est peccatum
usq; ad mortem, non dico ut pro eo quis roget
&c. Hic pretergredior Lutheranorum ineptias, ca-
uillas, & pertinacia sensa quibus nisi ineptire per-
te deret, totas possem preoccupare margines. Sed true-
tinemus, rogo, nonnihil exactius Ioannis hoc elo-
gium. Est peccatum, inquit, usq; ad mortem. Quid hic
adsers? quam mortem Ioannes intelligit? Si primam
dixeris, qua corporis ergastulum deserit anima, nihil
contra nos militat, immo causam nostram adiuuat
maxime. Siquidem sensus erit, Quicumque lethiferis
peccatorum

peccatorum lab. oculis inpersus, mortis carnalis dis-
pendia soluerit, recto ad inferos casu delabitur, neq;
proderit ei quicquam orationis patrocinium, quum
inde nullus unquam eripi ualeat. Si secundam intelle-
xeris, quæ est æterna, tantundē egeris. Nā dicto citius
utrinq; in medium sese profert quæ sita ueritas. Per-
inde enim est, ac si dixisset Ioannes. Si uobis constite-
rit hinc emigrare quempiã, peccatorum sarçina usq;
adeo oppressum, adeo pertinacem & addictum suis
erroribus, adeoq; à recto ratiõis tramite abductum,
ut extra omnem dei misericordiam plane discedere
intelligatur, ab orationibus desistite. Adiuuari enim
preabus non potest ijs, qui in morte detinetur secun-
da. Secus autem fuerit, si quis moriatur Christianus,
pro tali orare non ueto.

Quid dici poterat expressius? an non hinc luce
clarius colligitur, locum esse uspiam, unde per
orationes eximi possit anima? Dicis Renate quicquid
uelis, si negaret Ecclesia purgatorium, hic
esset uobis ad obganniendum locus principalissi-
mus, quem, modo in diuersum rapitis extreme ne-
quiter.

Iam hoc uobis largimur. Esto, non est locus unde
possit anima preabus eripi. Quid est igitur,
quod apostolus dicit ad Hebræos quinto, Omnis
pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus
constituitur, ut offerat dona & sacrificia pro pecca-
tis? Pro uiuorum peccatis, inquires, & non mortuorū.

Argumentum
octauum.
Hebræi. v.

G iij At 411

Dionysius de
oſe pōtificis.

Inuicta Dio-
nyſij auctori-
tas.

At audi Dionysium, non iniuria maximum nostræ
fidei triūuirum, Septimo capite ecclesiasticæ hierar-
chiæ, ita de pontificis oratione differentem. Precatur
oratio illa diuinā clementiam, ut cuncta dimittat per
infirmitatē humanam admissa peccata defuncto, eūq;
statuat in lucē & regione uiuorum. Ambis Luthera-
ne, hic testis inuictissimus est, non potest infringi eius
auctoritas. Sanctus est, miraculis clarus, uersatus in-
ter apostolos, cum Paulo sepe presens & absens lo-
cutus. Vnde nimirum, & illa quæ scripsit edoctus est.
Si nihil aliud, potest hæc sola auctoritas, pijs omni-
bus ubertim satisfacere, & purgatoriū esse, & orati-
onibus posse defunctis adminiculari.

Qua de re, mirari tuos nūq̄ potui ad sacietatem,
qui tanto sup̄ alio tanta buca, declamitare nundum è
pulpito desinant, tot missas tot uigilias, tot orationes
& eleemosynas perijſſe, tot præbendas in cassum da-
tas, tā uaria monasteria perditæ ædificata, tot templa,
tot altaria sine fruge fundata, Sed esse nup̄ commentū
purgatorium à sacerdotibus, non ob aliud, quàm ut
crassos suos uentres quotidie crassiores reddant, nō
ob aliud, quàm ut podagras nutriant façilius, quàm
ut meretrices splendidius alant. Deum immortalē, q̄s
non prima statim fronte capiat, quorsum tā liuidi pe-
ctoris tendat exhalatio.

Halluanari eos qui purgatorium à
sacerdotibus nuper inuentum
asserant.

Agite

Agite uero, quādo ita uestrū est iudiū. Si nūper inuentū est à sacerdotibus, Cur magnus ille Dionysius, testatur ex apostolica traditione hunc ad nos ritum dimanasse? Ita enim scribit. Quenā traditio, de huiusmodi prece quam sup defuncto peragit presul, ex diuinis nostris duabus peruenit ad nos.

Cur Origenes idem sentit? Cur scribit Chrysostomus. Nō temere ab apostolis hæc sanata fuerūt, ut in tremendis mysterijs defunctorū agatur commemoratio, sciunt enim illis multum inde contingere lucrū, utilitatē multam?

Quid Anathasium grecorū illū maximū commemorem? An Non ille ante mille annos diu, hūc in modum scripsit? Quod si non aliquo beneficio parti parent animæ, non utiq; in cura & exequijs fieret earū commemoratio? Et alibi, Quicquid enim pietatis in defunctorum destinamus supplicium, hoc ipsum centuplum inueniemus in futurum.

Et Augustinus idētidem, Quur ante mille annos dixit, Magna pietas est illos iuuare, qui se iuuare nō possunt? Atq; iterū ad fratres in hæremo. Defunctis cum omni diligentia misereri et subuenire studeamus &c. expectant enim nos ut iuuetur per nos, quia tēpus operādi ab eis profugit. Vnde hæc quaeso in eorū libris, si iā nup à sacerdotib; cōfictū est purgatoriū?

Adde quod Iudas Machabeus in ueteri olm testamento, ingentem pecunie summam attulit Hierosolymis in animarum patroanium. At hic liber tibi est

Athanasius aī
mille annos.

Augustinus aī

Machabeus
ī ueteri testa
mēto purga
toriū credidit

G V reiectiāus

reieciat. Sit ita, nihil in presentiarum ad te respon-
deo. Et tamen apertissime reuincat, q̄ sit uobis egre-
gus effutitum nugaciter, Purgatorium iam paucis ante
diebus excogitatum à sacerdotibus.

Huc attinet quod à Iudeis purgatorium quoque
creditur. Quæ eras si libet, ex Iudeo quouis, nū pro
defunctis orationes fundant, & quo fonte mos oran-
di talis ad eos defluxerit. Audies, certum scio (nisi
uolet uti sua industria, utitur autem ea sæpius) Ora-
mus utiq; & hic ritus iam inde ab initio semper in-
ter nos uiguit.

Ethnici pur-
gatoriu credi-
serunt.

Quid Ethnicos proferam, & præcipue plato-
nicos? qui tametsi per transfennam (ut testatur Miran-
dula) ad fælicitatem aspicerent, eam tamen arbitra-
bantur ab eo haberi non posse, qui non solum ciuili
bene uteretur uita, sed qui per purgatorium, ad eam
que purgati animi diatur, se transtulisset. Id quod
cum primis sentire uidetur, præcellens ille Marc. Tul-
lius. Etenim apud eum libro sexto, de rep. P. Cor-
nelius Sæpio, hunc in morem per quietem sibi inge-
sta commemorat. Namq; eorum animæ, qui se uolup-
tatibus corporeis dediderunt, earumque se quasi mi-
nistros præbuerunt, impulsuq; libidinum, uolupta-
tibus obedientium, deorum & hominum iura uio-
lauerunt, corporibus elapsi, arcam terrâ ipsam uolu-
tantur, nec hunc in locum nisi multis exagitati sæcu-
lis reuertuntur. Hec Cicerō.

Sed quid Platonē ipsum dicam? An non in prima
de le

de legibus, monstri cuiusdam esse simile prædicat, si
iuuenis opinetur, nihil esse in homine, quod flammam
& cruciatum promeriat? Et Socrates apud eundem
Platonem, Nunquid se plane fatetur illa credere?
quando ita loquitur. Hæc sunt mi Calicles, quæ cum
audiuissem uerissima statim credidi. Adde quod po-
etæ plenis hoc ipsum astruunt carminibus &c.

At hæc ego non scribo, quasi inde purgatorij col-
liquescat certitudo, quanquam si facerem, quæ mihi non
liceret, quando Luthero tuo bene licet liberum arbi-
trium probare contra Erasmus ex Vergilio? Sed
ideo mihi scribuntur, quo ueluti puluisculum, in au-
ras exuffletur, profana illa et ampullosa tuorum con-
fictio, qua purgatorium iam nuper inuentum con-
tendant à sacerdotibus, non ob aliud, quam ut crassos
suos uentres indies reddant crassiores.

Veresimilius esse Lutherana-
nos errare, quam tot ab ini-
tio sanctissimos uiros.

Esto denuo, sit uerum quod asseris. Sed quaeso,
Cur tot martyres, cōfessores, & hæremi rupi-
umque desertarum incolæ, non improbarunt? cum tam-
en illi crudis interim oleribus, labrusis, gladiis, et
erutis terra radiab' uictitarēt Cur Ambrosius, Au-
gust. Hieron. & alij pene innumeri (quibus nō tātula
quædē uētris cura fuit) illud asseruerunt tam cōstanter
& intrepide? Decepti sunt, inquires, & à spiritibus
impostoribus in errorem rapti. Sed humanum est
errare

errare & uobis quoq; congenium, quibus iā argu-
mentis nobis constabit, utri scopum attigerint? Etenī
quum angelus sathanae (uti Paulus refert) in angelum
luās, sese transfiguret, & hominibus imponat mul-
tifariam, consultius longe fuerit, sanctissimis illis cre-
dere, eodem ore purgatorium approbantibus. & mi-
raculis fidē dantibus, quā tuis illis ranādis & ama-
ricatis homuntionibus, nihil non perturbantibus,
& qui ne cecū qdem anserē aliquando sanauerint.

Hic mihi reclamabitur, locum illum à sanctimo-
nia elumbiorem, quā ut hinc quicq; probari possit.
Age, accipio. Sit itē elūbis locus à cōcordia. Et tamen
non facile dixerim, quantū mihi doctrinā eorū stabi-
liunt. Et, amabo, dispendat mihi secum, quisquis non
omnino Lutheranus fuerit, num illis tutius fidendū
autumet, qui tāta spūs unanimitate purgatoriū edo-
cuerint, ut ne criniculo quidem, ab alijs, euariens
alij, & qui fidem doctrinae suae miraculis impetrent,
quā illis, quibus tam incredibilis ē pectore manat
amaritās, & à quibus nihil est alienus quā pax et
concordia? ut ne quid addam, quod sit deploratius.

Jeremi. xiiiij.

Audimus quidem egregia, Euangelium Euange-
lium, Pax pax, Reformatio reformatio. At licet in-
terim nobis cum Ieremia conqueri. Expectauimus
pacem & nō est bonū, & tempus curationis, & ecce
turbatio? Et tamen eo deuentum est infortunij, ut mi-
sero mihi suspicari non liceat, credendum esse potius
diuino loquis uiris, quā uarijs illis, extreme neq̄ter
omnia

omnia perturbantibus, quorum spiritus nulli cognitus est.

Ne dicam, quam sit apprime cognitus.

Iam adempta mihi patiar sanctimoniā & miracula, Si modo parumper in eodem me uersantem argumento uiaſſim tolerant. Per prophetas olim populū suum pater multifariā instruxit. Per apostolos Euangelium diuulgauit filius. Ab utroq; sacer ille spiritus dimanauit, Christianos iuxta Christi promissum oēm ueritatem perdocēs. Iam datur ambigi, quibus sit hic spiritus elargitus. Hunc nodū apostolus soluit ad Ephesios quarto. Vbi dicit, quod praeter apostolos, Christus quosdam instituit prophetas in Ecclesia, alios Euangelistas, alios pastores et doctores. Quis iam ambigat quin & illis tradiderit suum spiritum? Sed alios non habemus, nisi quos Ecclesia celebrat, qui sanctitate, unanimitate, & miraculis clari, illa nos edocuerunt quae hodie credimus, quorum si fides abrogetur, rogo quid spei nobis erit reliquum? quō sciamus, quid credere oportet at & quid non? Ibimus ad scripturā? At illa muta est, nec audire potest spiritus in ea loquens. Et multa nobis sunt uerbo tradita, quae tamē nos credere necesse sit. Ibimus ad Lutheranos? At illic sunt simultates, lites, emulationes, contētionēs, inuidiae, sectae, homiādia, & id genus innumera. Quorsum ergo ibimus? At iā pridem diximus, ibimus ad illos, quos tanta celebritate festiuat Ecclesia. At illi purgatoriū docent, & alia multa quae sordent Lutheranus. Credamus igitur. Ego quidem, ingenue fateor, tātō per-

tinacius

Doctores et
pastores in
Ecclesia ordiati

Scriptura iur
dex esse non
potest.

Lutherani iu
dices esse nō
possunt.

tinaāus ea credo quae reijānt Lutherani, quanto ob-
noxius eos adniti conspicio, ut sua nobis paradoxa sta-
tuant. A deo mihi suspectus est, eorum ille pestiferus
spiritus.

Sed non possunt sancti uiri purgatoriū facere, ut
uerum, uel falsum. Nihil reclamauerim. Probabilius
tamen uidetur illis astipulari, qui purgatorium asse-
runt, à carnibus interim & uxoribus abstinentes, q̄ il-
lis, qui illud hodie negant ut mulierculas habeant,
Sedeant q̄; magis uolupte, quādo libet ad ollas carni-
um. Irascris, quasi parum tempestiua uerba. Vide ut
aequus es. Vobis ē pulpito declamare licet, Purgato-
riū inuentū à sacerdotibus, ut crassos uētres, crassio-
res redderent, Et mihi non licebit clanculū ad te scri-
bere, tuos purgatorium negare ut mulierculas habeās
& carnibus uescantur quando libet.

Tandem, et illud datum est, Nō possunt ij pur-
gatoriū uel uerū facere uel falsum, quod qdē
si facere conarētur ex arbitrio, non accederemus. Sed
præter euidētia testimonia, illius fidē ad nos ex apo-
stolorum traditionibus defluxisse pariformiter con-
stantur. Modo si uelimus acquiescere uobis, habebi-
mus ab alio latere nobis acclamantem Paulum, Sta-
te & tenete traditiones, quas didicistis, siue per sermo-
nem, siue per epistolam nostram. Et Corinthios ap-
prime laudat, quod traditiones tenuerint, quid nobis
faceret si deficeremus infantiliter?

Negari

Negari non posse, quin apostoli purgatoriu
sum docuerint, propterea, quod non omnia
scripta sunt, q̄ credere debemus, & qđ tãto
semper cōsensu sit illud in Ecc̄a creditum.

Sed quia negari non potest, multa inter nos
esse necessaria creditu, quæ tamen explicata li-
teris nusq̄ uisuntur, quæso, quid est, quamobrem au-
deamus purgatorium refellere. Et maxime quum u-
deamus illud tanta semper in Ecclesia celebratum
consuetudine?

Et quid si manifestior semper extiterit purgato-
rij rumor, quam ut opus fuerit quicq̄ de illo mansu-
ris tradere literis? Siquidẽ ad Romanos Paulus scri-
psit, ad Corinthios, ad Galatas, ad Ephesios, ad cæ-
teros omnes, sed nisi ea, quæ necesse fuit eos scire, &
illa quæ nundum erant, ut decuit edocti, uulgata au-
tem, & quæ nullius non in ore uoluerẽtur, non scri-
psit. Et concedam tibi quod apostoli nihil quicq̄ expli-
catus de purgatorio dixerint, Si tu modo mihi narra-
re uolueris apostolorũ omnium omnia dicta & scri-
pta. Scribit Ioannes. Cum haberẽ uobis multa scribe-
re, nolui per cartam & atramentum, sed spero me
uenturum ad uos, & presentem presentibus locu-
turũ. Sed quis audebit asserere, quod de purgatorio,
nihil illic mētiõis habuerit? Et q̄ sciri pōt, qđ Tychi-
cus Ephesijs dixerit. Et ad Col. nõ oĩa Paul⁹ scribit,

Coloscē. iij.

imo nũciat p̄ alios dicēs. De oĩbus uos certiores faciet
Tychic⁹ dilect⁹ frater, & fidus minister, et cōseruus.

in dō

in domino, quem misi ad uos in hoc ipsum, ut sciat
 quid agatis, & consoletur corda uestra, una cum One-
 simo fide ac dilecto fratre, qui est ex uobis, de omni-
 bus uobis exponet & c. Sed doceas amabo, quod de
 purgatorio nihil dixerint? Et alibi dicit, Quae audi-
 stis a me per multos testes, haec commendo fidelibus ho-
 minibus, qui erunt idonei ut alios quoque doceant. Et
 nonne magno pe gaudet Stephanam, & Fortunatum,
 & Achaicum supplese, quae Corinthijs deerat? Idem
 tidem Tito suo scribit. Reliquae Crete, ut quae de sunt,
 pergas corrigere. Sed quis adeo consternatae mentis est,
 ut negare audeat, haec ab eis ordinata fuisse, quae tam
 magno consensu semper in Ecclesia celebrata sunt?
 Scribit item ad Corinthios Apostolus. Scripsi uobis
 in epistola, ne commisceamini fornicarijs. Sed ostende si
 potes hanc epistolam, uel reata quid in eam scripserit.
 Et qui sciri potest, quid Corinthijs suis postea dispo-
 fuerit, nisi quod credimus ex illis esse, quae tanto semp
 consensu recepit Ecclesia? Atque inter illa quae Tes-
 salonicensibus per sermonem tradidit, quis audebit
 dicere, quod purgatorij non fecerit mentionem? Et Pe-
 trus quoties triginta sex annorum decursu ad popu-
 lum sermonem habuit? quoties Iacobus, Ioannes, Phi-
 lippus, & caeteri? At doce, quod de purgatorio nihil
 disseruerint. Nec est quamobrem a me doceri contra-
 rium postules, quando id abunde reuincit paelebris
 ille toties Ecclesiae uel consensus uel auctoritas. Et unde
 putas Dionysius illud scisset, nisi inter discipulos &
 nascentem

h. Thim. ij.

1. Corin. xvij

Tit. primo.

nascentem didiciſſet Eccleſiam.

Sed & Chriſtus, nonne multa dixit & fecit, quae
nuſquam ſcripta leguntur? Et multa habuit a poſtoliſ
ſuis dicere, quae ſpiritus ſanctus eis poſtea inſillaret Ioan. xvi.
uberius, quomodo nobis conſtabit ueritas, ſit inter
illa purgatorij habita mētio, nec ne? Mihi nunq̄ per-
ſuaderi poterit, quin ſi nullum eſſet, Chriſtus hoc ul-
oretenus, uel poſtea per ſpiritum ſuū edocuiſſet, quā
uideret aeterna illa ſapientia, eo rem tendere, ut ex
credito purgatorio, tot errores in Eccleſia ſua ſubim-
de naſcarētur. Iſta, inquit, ſcite, illa uitate, Attendite à
falſis prophetis, & illorum aliquot milia, ſedulus in-
culcat, at nuſq̄ diat, Nolite orare pro defunctis, non
eſt purgatoriū, Præterea non dixiſſet, de omni uer- Mat. xij.
bo oāſo reddetis rationē in die iudicij. Neq; dixi Mat. xij.
ſſet, qui peccat in patrem & c. Nō dediſſet nobis an-
ſam hallucinandi, quibus tā ingentia exhibuit chari-
tatis beneficia.

Mirum, cur Eccl̄æ Chriſtus tot præſtantes ui-
ros dederit, ſi phas non ſit eis credere.

ET quum tanti ſemper momenti fuit auctoritas
Eccl̄æ, ut gr̄a proceſſionem ſpūs ab utroq;,
nō crediderit, quod ea nondū expreſſerit ſententiā,
Amabo, quur ignauos illos ſomniatores, quos tu uo-
cas, Eccleſiæ ſuæ reſidere permisit? Quur dixit eis, q̄ Luc. xi.
uos audit, me audit & c. Et alio loco, Non uos eſtis Mat. x.
qui loquimini, ſed ſpiritus patris ueſtri, qui in uobis
eſt? At non hæc dicta ſunt, inq̄es, iſtis ſomniatoribus

H quos

quos Eccl'a celebrat. Quibus ergo? Lutheranis ne?
Deum immortalem, quid audio? Velle me, deum tra-
stor in quouis ptrusum foramine, ita scrutior ani-
mo, quoties ad aures meas perueniunt ampullose
huius gregationis iactantia & sarrilitas.

Sed quid est, quod miraculis ij somniores cla-
ruerint? & quod diuina prouidentia in hanc sint
asati dignitatem? Num ut nos seducere facilius &
magis semper redderent exoculatos? Hoc si affirma-
ueris insanus es, qui deum nobis impium facias, si ne-
gaueris, quæso quid affers, quamobrem ijs credere
non debeamus?

Assumptus est in pontificem deuotus ille Grego-
rius. Si uetri deditus & stomacho, cur rennuit? cur sus-
git? cur in cauernis delituit? Si somniator & seductor,
cur ignea columna indicatus est? cur angelum uidit re-
ponentem gladium? cur in altare uulneratum domi-
num cõspexit? Num hæc fecit Christus, quo nos in er-
rorem facilius traheret? Arbitramur enim illud eui-
dentissimum diuini spiritus indiciu, & longe perti-
naciùs illa amplectimur, quæ uidemus per tam sana-
ctos uiros approbata.

Et iterum quur tot præcellentes dedit episcopos,
si credere eis nõ liceat? Non sunt lõge petenda exem-
pla, est in promptu maximus ille pariter & sanctissi-
mus Hubertus, in Leodiensem episcopum diuinitus
ordinatus. Quid primum admirabimur? Poterat ille
tantus audire, eris Huberte Leodiensis populi pa-
stor?

Hubertus mira-
culose Leodi-
ensiu effectus
Episcopus.

stor? Poterat e caelo adaperere stolam? & audire non poterat, deceptus est hic populus Huberte, phantasmata sunt omnia, non est orandum pro defunctis, non est purgatorium? An non perinde est ac si dixisset Christus, regnabis Huberte caeus inter caecos, & strabus inter strabos, & eos tandem in scrobem te cum rapies? Parum, me hercule, retulerit, Christo seruias an tyranno cuius, si nihil aliud promeriatur Christi seruus, quam ut diuinitus in errores trahatur & phantasmata. Quid loquar Lambertum, Seruatium, Remaclum. Hadelinum? uiros quum deuotos, tum sanctissimos, quorum meditationes per diuis & pernox in lege domini, quorum integritas morum uiteque factimonia, longe lateque inclaruit, quorum uita tot illustrata est miraculis, quibus animi tedium angelicus demulcebat affatus. Et illos omnes errasse dicimus? illos per scriptos & sententia nos traxisse arbitrabimur? Illos, in quibus tanta dominus contulit gratiam, ut quicquid optaret assequeretur. Potuerunt aliquot mortuos suscitare, elisos erigere, caecos illuminare, demonum eijcere? & se tam claro errore detineri peraperere non potuerunt?

At hic locus tibi ademptus est Werstemi, Et senties ad primum statim congressum te ruiturum, si manus tecum conserat. Quid miri, si miserum subruat Werstemium quum unius fere diei spatium tot rusticorum milia subruerint? Et tamen fateatur, necesse est, somniatores illos & pigros uetres (quos ipsi tales parum candide noiant) longe maxima praeditos foelicitate, ut qui fuerint pigri,

H ij ignaui

ignavi et heretici, tamen mortuos suscitare, cecos illum
minare demonium eijcere potuerint. Ediuerso, uti sese
habeant pro infeliciſſimis, res ipsa postulat. Si nefas.
Quod sunt renati & euangelia, quod habeant spūm,
& fidem qua nihil quicquid magis pertinax, & timens
sanare non possunt uel lusam unum passerulū. Fa-
cescas hinc Renate, cum illis tuis, tollat uos, qui non no-
uit, illis quibus strophades continnetis, qui albi ne, an nigri
sitis, nundū perceperint, nobis imponere nullo quo-
uis pacto poteritis, ut qui uos intus & in cute suspec-
tissimos habeamus, ut ne dicam interim, quam per-
spectos probe. Sed iam ad reliqua transmeandum.

Machabeorum libros non esse reiecti-
cos & apocriphos.

Tibi nihil habent patres orthodoxi, quod pur-
gatorium astruat indubitanter, nisi Macha-
beorum librū, quē tu plane reiectitū nuncupas et apo-
criphū. saliet, quod uestris non astipuletur dogmatibus,
Sicane uobis licet dominos in scripturis agere? Sed
quid uobis in detorqueōdo foelicius potētius quibus? Quā-
do placet, nihil est tam rōne munitū, quod non pare-
re statim uersatili uestro distringatur ingenio. Et a-
stant sp, qui tanquā re bellissime gesta, uictoriam ador-
ber nent. Rursus, quoties omōdū est, si nihil habet li-
quid seruiat instituto, etsi quod insit rigidius, quā ut utrim-
que flecti possit, reiectiāus est & plane sycophāticus,
Et haec est rō quāobrem apocriphi sint Machabeo-
rum libri, Habent enim quod Iudas Machabeus pie

oo gta. 139

cogitans & religiose, ingentē pecuniā summā Hiero-
solymis obtulit, quo defunctorum inter sacra cele-
braretur memoria. Quae sentētia, quia certior est &
rigidior, quā ut labefactari possit, hæreseos dāna-
tur ac reijatur. Et tamen nullus credat, quā prope
scrupulū istum amouerit Renatus iste meus. Non est,
inquit, quod opinemur Machabæū hanc ibi pecuniā
portionem obtulisse in mortuorū adminiculū, Sed po-
tius, ut à mortuorū peccaminibus uiui præseruaren-
tur. Hanc præclarā interpretationem si reāpe uolue-
rimus, inter canonicos libros tandem & iste reāpie-
tur, eritq; probatissimus. Sed quia textus inuersionē
istam non patitur, falsus est, & à Iudeorū canone di-
uersissimus. Ita ne uobis cum Iudeis conuenit?

At Ecclesia libros hos approbat ut canonicos. Ita
testatur in expositione symboli Aqliensis Rossinus,
& Augustinus de ciuitate dei lib. 8. diat, Machabæo-
rū libri, quos non Iudæi, sed Ecclesia pro canonicis
habet. Assueerat idem Hieronymus prologo secūdo
super eosdem, ubi diat, Machabæorū libri, licet non
habeātur in canone hebræorū, tamen ab Eccl'a inter
diuinorum uoluminū annotātur historias &c. Cuius
rei firmissimum argumentum haberi potest, quod in
officio sacratissimæ missæ epistolā ex his libris legen-
dam Ecclesia tradidit.

Quid iam uobis faciēmus, quibus dapsiliū ar-
ridet Iudæorū uentosa superstītio, q̄ Eccl'æ catholice
irrefragabilis auctoritas? Vobis et Iudæis apocriphi

H iij sunt hij

Sunt hij libri. At Ecclesia nusq̄ habet apocriphorum
memoriã. Imo cõmentũ esse testatur hereticorũ nihil
nõ deprauãtũ. Quare si mihi hos reijãtis, codẽ iure
licẽbit refutare Paulum & Euangelia. Ecclesia enim
sancta, quæ semp̄ diuinæ gratiæ suffitu regitur, ne unq̄
aut fallatur, aut fallat, omnia & recipit & approba
uit. Cur Euangelistas reãpitis? Cur Petri non explo
ditis epistolia? Cur admittitis Iacobum? quãmq̄ inter
uos nõ optime audit ille. Qui fit, ut intricatam illam
Ioannis Apocalipsim, non refutetis? Quia recipit Ec
clesia diãtis. At hæc ipsa Machabæorũ libros in sua
recepit etiam canone. Nec est quod hic auillemini in
cognitum esse, quæ sit Ecclesia illa. Negari enim non
potest, hæc eam fuisse semper, quæ nobis Euangelia
credenda proposuit. Et huic qui non auscultat, ultra
Sauromatas est ptrudendus & glaciale oceanum.
Sigdẽ eius tã immaculabilis semp̄ extitit auctoritas, ut
Augustin⁹ dicere nõ erubuerit, se nequa q̄ euãgelio cre
diturũ, nisi receptũ et appbatũ eẽ cõstaret ab Eccl'a.

Iam mihi uide, q̄ digni sunt, qui cũ Iudæis hos li
bros repellere malint, quã cum Eccl'a reãpere.

At non hoc solum est, in quo uobiscum ridet Iudæ
orũ peruersitas. est oblatrandi petulantia, est detor
quendi perfricta faciès, est deprauandi pestiferus mo
dus, et est pertinacia, de qua dubites, uiscosior ne sit,
an pestilentior. Clamitant Iudæi scripturas scriptu
ras, sed illas torquent pro arbitrio, illas deprauant
& applicant suis thematibus. Prophetis credẽt quo
ties

kies commodum est, eosdem reijciunt si non eorum
 conquadant instituto. Hinc in Talmuth errata plu-
 rima. Hinc error abominabilis in dictiōe ruach, quæ
 significat, aut uētū aut spūm, pro ut uersatilis ingenij
 requirit leuitas. Ita nō disparili modo clamatis et
 uos quotidie Euangeliū & uerbū dei, sed nullū uul-
 tis interpretem, nisi Wiclesum, Hussum, Lutherū,
 & alios q̄ uestris patrocinētur dogmatibus. Sit quan-
 tumlibet eruditus interpretes, sit sanctus, sit miraculis
 radians, iustosus tamen est nugator, Τυφλότης &
 αὐθάλας. & hereseos inustus signaculo, sinno
 accedat uestro senatui, Quis unq̄ est ex spū loatus, q̄
 uel unguem latum à uobis euariauerit? Et quis adeo
 nequam, qui non mysticum illum & germanū scriptu-
 re sensum, tanq̄ in capsula conclusum possederit, si q̄
 scripsit à uobis non dissentiant? Quoties Augustinus
 eruditus est, quoties sanctus et quantiuis precij, quā-
 do quicquam est, quod uel de loquinquo uestris ar-
 rideat dogmatibus. At erat Idē ille crassus uenter, &
 omnino relictus carni, quando scripsit, Clamāt quo-
 tidie, q̄ iacent in tormentis, clamant & pauā sunt q̄
 respondeant, ululant, & non est qui consoletur eos.
 Martyres sunt Wiclesus & Hussus, hereticā Arrius
 & Sabellius. Sed hij, quod uobis contradixerint, illi
 quod accedant uestræ conspirationi. Festiui sunt, &
 pleni spiritu, Vergilius & Quintilianus, quod oia ge-
 ri necessitate quadā & fato sentiant. Sed blasphemus
 est, & Lucianus Erasmus, quod doceri cupiat certis

H V rationibus



Et argumentis, quāobrē spretis tot celebribus uiris
Et cōmuni totius Eccl̄e cōsensu, seq̄ debeat ueritate
ata uestra dogmata, Papæ quantus olim theologus
Zuinglius, quantus Capito. Sed posteaq̄ ab Euange-
lio uestro parūper deflexerint, statim ē agnis trans-
formati sunt in upupas. Quid Carolstadium dicam?
Nonne dei spiritu rem agebat aduersus Eckium? q̄
illo maior surrexit uel in Bohœmia uel in Saxonia?
At quid uilius, quid putidius hodie? Vobiscum omnia
scāt ex spiritu, iam contra uos demoniū habet. Tāta
sunt digni gloria (Nā Erasmi uerbis libēter utimur)
qui uobiscum sentiūt, Et tanta patiūtur q̄ nō accedūt.

Neq; tamen à cōmuni uos sensu sic alienatos ar-
bitramur, quin aquila quouis p̄fectius intueamini,
uerbum dei non istiusmodi rationibus mundo tradi-
tum. Quod q̄dem si Paulus hodie, si facerent omnes
apostoli, nō crederemus esse uerbū dei, qd̄ docerēt.

FUTILISSIMUM ESSE MAR-
tini Lutheri Seruum arbitrium.



Miseris fortasse lector subitariam istā
propositi thematis metamorpho-
sim. Eadem nō adeo mecū dissides.
Nā Et ipse nō mediocriter Renati
mei uix tolerabilē infantiā miror,
qui uelut raptus extra semetipsum inoportunus hic
irrupat, clamitans Euangeliū esse, quod Lutherani
docent, Et uerbum dei, id quod abunde probare
nititur, ex Seruo Lutheri arbitrio. Et fortasse nō in-
eptulū

eptulum fuerit aliquanto multiplicius in hijs refu-
tandis agere negoãũ, simul, & quo septa noſtra di-
ſputationis non tranſiliã, & quo cuniculus præcluda-
tur ijs, quos ad hoc ſeruum arbitriũ ſeſe contrahere
uideo, tanq̃ ad Aſylũ aliquod Pharij, quoties de Euã-
gelio & uerbo dei confabulatio exoritur.

RENATVS.

Quod uerbum dei docemus, ſatis aperte monſtrauit
ad Erasmum Martinus noſter, in eo libellulo cui ſer-
uum arbitrium titulum fecit.

WERSTEMIUS.

Molitus eſt quidem, ſed adeo nihil illic præſtitit, ut
ego nunq̃ frigidiores ſycophantias uiderim. Summe
deus quantum illic griphorũ, quantas uidimus ama-
rulentias & conuidia, quam effrenis illic conuidiãdi
libido. Quis credat illũ ita poſſe ſcribere, qui ſopitũ
iam inde ſere ab initio Euangeliũ pollicetur hodie
in lucẽ ſeſe reuocaturũ? Ego ſi pedib' unq̃ in eius ſen-
tentiã uiſſem (ingenue ueritatẽ fateor) perterrefa-
ret exemplo me, & in diuerſum pellet, phantaſti-
cum illud, & plane abominabile ſeruum arbitrium.
Quod quidam tam eſt, ſi quippiã ſentio, à diuini ſpi-
ritus uel minutulo affectulo, alienũ, q̃ pietati aduerſari-
tiſſimum. Eſt incognita mihi dicendi phraſis, ſed cre-
pantem illum agnoſco ſpiritum, ex libellis in illuſtriſ-
ſimũ Angliã regem ſcriptis, in Eckium & ceteros
in episcopos & ſummos pontifices, ijs enim ſpiritus,
ut auq̃ res habeat ſibi ſemper ſimillimus eſt.

H V Et adeo

Et adeo mihi non placet Erasmi illa nimia in re-
spondendo auilitas, qui tanta modestia porrectam sibi
copiam attigerit, q̄ conuientia quadā griphos illos,
strophades, sannas, & spurca dictoria trāscuurrerit,
q̄ sic dentes & ungues continuerit aduersus lupos et
griphones. Volo dicere qd̄ sentio? Disperiā, nisi me
magis iuuaret adhuc hostilior traduxio, Sic enī oportuit
Erasmum castigari, q̄ inoportuno suo silentio, in-
numeros fecit ab Ecc̄a recalatrare, quos iā utcūq̄
retraxit Diatribe defensio. Ecce dicebant. Silet elo-
quētissimus Erasmus, nequaquā facturū, nisi uideret
esse rectum quod Lutherani docent. Clamabant alij,
Non habet Erasmus quod agat in hoc negotio, in his
tumultibus & rixis, quæ diuinitus & exorta sunt,
& geruntur. Mutus est, nec audet aperire os illud lo-
quaculum. Sed posteaq̄ prodijt Hiperaspistis Diatri-
be, mirū est, q̄ frigere ceperint, & formidabāt quorū-
sum euaderent illa reliqua quæ per oā se daturum
Erasmus pollicebatur elucubratiōra.

Frigida Lu-
theri argumē-
ta.

Sed audiamus iam argumenta, quibus iactitas
Lutherum tuum cōmonstrasse nobis esse uerbum dei
quod docet, & quod nunc in mundo currit sua opa.
Conquerimur de amissā pace & concordia, de exā-
tatis rixis & tragœdijs. At hanc uiam ut nobis obse-
p:at Lutherus, quat ob hijs bellissimū assertiōis suæ
argumentū. Ego, inq̄t, nisi istos tumultus uiderē, uer-
bū dei in mūdo nō esse dicere, nūc quū uideā, gaudeo
ex animo. Vide ut scopū attigerit, at eadē ratione po-
terat

terat Arrius asserere dei uerbum esse quod docebat.
Quantū enī id ætatis digladiū est in fide, q̄ atrociter
conflictum, quantis omnia tumultibus perstrepebāt.
Et tamē falsissima docuit, et ab impostore cōficta spū.

Nihilo magis hoc quod iactitas probant, illa q̄
Lutherus satis infantiliter atat ex Euangelo. Nō ue-
ni pacem mittere, sed gladium & c. Si diffidis mihi,
rem ex amussus introspice. Volunt Christus & Pau-
lus, ut ubiq; pacis sequamur oīa, Et Lutherus tuus di-
at. Velle sedare hos tumultus est uerbum dei tollere
& prohibere. Vult Christus ut ex concordia & pacē
cognoscantur uerbi sui prædicare, & Lutherus tuus
uult egregius uerbi dei prædicator haberi, quod tan-
tos tumultus, tantas rixas & strages inter fratres exci-
tauerit. Vult Paulus ut unitatem spiritus seruemus in
uinculo pacis, Sed Lutherus tuus non uult illud ui-
dere, immo si uiderem, inquit, non crederem dei uer-
bum esse in mundo. Vide in actis apostolorum, Luthe-
rus diat, quid accidat in mundo ob unius Pauli, ut
alios apostolos taceam, uerbum, quā unus ille &
gentes & Iudæos commouet. Sed uide etiam tu Re-
nate, quantum hic sit discriminis, Paulus commouet
gentes & Iudæos, Lutherus perturbat Christianos.
Paulus illa docet & statuit, quæ Iudæos de Christo
laterēt, Luther⁹ illa labefactat & infrigit q̄ sunt ipsis
etiā bimulis apta, & uocat in dubiū, q̄ nō disputan-
da sunt, sed credenda. Paulus Barbaros & Iudæos
tractat

Lutheri insa-
nissima opinio.

tractat cum omni mansuetudine, Lutherus fratres suos, non uiuos modo, sed & mortuos, conuellit & lacerat. Nolite Paulus, inquit, contēdere uerbis, ad nihil enim utile est, nisi ad subuersionem audientium. Et paulo post. Seruum domini non oportet litigare sed mansuetū esse apud omnes, doalē, patientem. &c. Et Ephē. iij. alibi. Omnis amarulentia, & tumor, & ira, & uociferatio, & maledicentia tollatur à uobis. Immo totus in hoc est Paulus, ut pacem cōaliet, & illesam amicitia? Sed uide tuos Lutheranos, quantum illic uerborum discrepantiæ quantum uanitatis. Vide quā in omnes ludant sarriliter, dicterijs, sannis, salibus, & cachinnis. Vide uociferationes & execrationes, sectas, pugnas & strages.

Scripta lutheranorū uirulentissima.

Scripta apostolorū dulcissima

At hæc est fortuna, inquires, & natura uerbi dei, Dij boni, q̄ uobis nihil in asseuerādo frōtis. Sed dicite si tā est ferox uerbi dei natura, Cur tanta pietas in Euangelio? Cur tanta redolet dulciloquentia in apostolorū scriptis? Num docet Christus, ut proximi carnes arrodamus? ut conuicijs & amarulentijs conspergamus, ut in prelatos nostros impudentissime debacchemur? Absit, immo docet illū cōsilio reū, qui proximo rachæ dixerit, minitatur gehennā, si fratrem nostrū fatuū appellauerimus. Præcipit morē gerere superioribus, etiā si tyrannicæ qd imperent, ne frater na ledatur charitas, ne tumultus, ne seditio publica exoriat. Qui pauserit te, inquit, in dextrā, obuertere ei & sinistrā. Qui te adegerit ad mille passus, uade cum

Mat. v

Luc. vi.

Mnt. v.

de cum

de cum illo una duo milia. Et Paulus uult ut obedie
mus, nō solū propter irā, sed & propter consientiā. Rom. xiiij.

Audis naturā uerbi dei? Vide quā blādo ac miti
animo, pientissimus dominus suos discipulos ptulerit,
et quā exulcerata mordacitate illi tui omnia carpāt,
cōsidera. Vide quā suauī alloq̄o Paulus suos admo
nuerit Corinthios, & quanto fastu, quanto stomacho,
nihil non reijāant tui, conspurcent, atque polluant,
perpende. Ex Christi doctrina & apostolorū dogma
tibus, nihil proædit, nisi quod pacem & amicitia con
ciliet, nisi quod germanæ charitatis melle sit cōditū.
Ex tuorū scriptis nihil hauritur, quod non sit spinis
in diq; refertum. Prædicantibus apostolis uerbū dei,
ad pacem, ad concordia, ad modestia, ad temperantia
exatatur populus. Prædicantibus Lutheranis, ubiq;
murmur, ubiq; rixæ, ubiq; pugna, ubique blasphemia.
Inter fratres ē falsa gratia. Qui modestus nup,
nūc garrulus, obstreperus, & conuicijs redundans,
Qui mediocris olim, nūc pessimus, qui ieiunijs dudū
& uigilijs rebelle corpusculū cum Paulo redegit in
seruitutem, iā ad ollas carniū inter mulierculas Euan
gelica potitur libertate. Olim ad apostolorum sermo
nes, tantus est exatatus deuotionis seruator, ut relictis
omnibus ad deserta sese conferrēt plurimi, & lustra
ferarum, hodie mirū est quā deseruerit deuotiōis
ardor. Ex deserto, ex monastica uita relabuntur ad
mundum. Qui deseruit omnia propter Christum, oia
repetit propter mundum. Qui castus paulo ante, &
astrictus

astriectus Christo per uotū. Iam pascere petulāos
& adglutinatus fœminæ per carnem. Et hæc est na-
tura uerbi dei, si uobis credimus. Quid tam est dictū
propudiosum, quod non cogatur euangelicum esse, si
uobis lubet?

Sed ineptior est conatus ille uester, quā ut im-
ponere nobis ullo quouis pacto poteritis. Frustra ue-
natur, qui rete iacit ante pennatarum oculos. Proba-
tis esse uerbum dei, quod docetis, ex rixis & factio-
nibus, q̄ cōcutiūt Christianū orbē. Vultis uideri Euā-
gelia & spiritales homines, quod inter uos sint sectæ,
emulationes, contentiones, Et quis adeo plane lippus
est, qui non abunde satis uideat stultissimam hanc uo-
fricem? quæ quidē tanto stultior est, & inanior, quan-
to manifestius eam prosternit apostolus. Sic habet ille,
Siquidem cum in uobis sit emulatio & contentio et
factiones, nonne carnales estis? & secundum hominem
ambulatis. Etenim cum dicat aliquis, ego quidē Pau-
li sum, alter uero, ego Apollo, nonne carnales estis?
Quid iam dicetis, cum inter uos sint emulatio, & con-
tentio, & factiones, & quid non? nonne carnales
estis, & secundum hominem ambulatis? Et quando
sparguntur apud uos huiusmodi uoces. Ego Luthera-
nus sum, ego Carolstadianus, ego Oecolāpadianus,
Num tu papista es? Num tu deum habes impanatum?
Num tu es sarcophagos? & c. Nōne carnales estis?

Et hæc cum adeo sint perspicua, ut nemo non ui-
deat, queso num uos dispudet tam elumbis iactans

De KER

Uerbum dei docemus, sumus nos Renati & Euangeli-
gelia, habemus magistrum spiritum, & non crederemus
esse uerbum dei inter nos, nisi tumultibus
omnia perstreperent, nisi sectas haberemus & dis-
cordias?

Atq; hic ne loquamur truncatos rusticos, e genti-
lium literis offula nobis in os ingeritur. Mutationes
rerum fieri non posse, sine tumultu & sanguine. Sed
hec utaq; habeant, habemus fructum istius uerbi
quod docetis. Audiuius inuicem auspicata, trage-
dia, experimur progressos deploratissimos, et timet
aliquid atrociora, ni deus auerterit. At in fiducia nos
et spe promissionis Christi, pacem breui & Ecclae spe-
ramus concordiam. Maxime quod uideam omnibus,
nisi prorsum reumatismo laborantibus, hanc Euan-
gelij uestri feturam subolescere, quod tu uerbum dei
interpretaris. Ex cute hominum iudicia, quere
sparsim ex omnibus, inuenies fere neminem,
qui non Euangelij huius amaritatem olfa-
cere ceperit, qui non ad has uestras stro-
phas nauseam habeat stomachum,
Adeo cunctis moleuit intellectus
ille uestra spuracii.

Speranda bre-
ui concordia.

Purgatorium

PURGATORIVM ESSE PRO

batur ex loco Pauli .1. Corint .3.



Vnc autem restat, uti uideamus uerba Pauli, quæ tu satis proaciter à patribus inuersa contendis & deprauata. Refero tuæ dictionis ambitum. Nã quod Paulum, ais, huc torquēt. .1. ad Corint .3. quis non uidet esse sophistiassimum? quum ibi de igne iudicij Paulus loquatur.

Sed hæc unde direpta sunt impensius rogauerim, Nunquid ex Lutheri codicibus? Et unde cætra, quæ cum illis ex diametro pugnant, Num ex officina Carolstadij? Rursus ab utroq; discrepantia, cuius sunt deprompta mûrothæo? Oecolampadij? Sis quicumque uolueris, sis Renatus, sis Euangelij stentorius preco, nihil in te conspicio solidi, nihil ærti. Imo Protheum uideo, & fluctuantis animi gurgustiu. Et ueluti Philo etetis ille ex diuersis auuū pennis sibi ueste cõtexuit, ita conflagrasti hæresim tibi ex diuersis errorum autoribus.

Clamat sepe Lutherus. sophistas sophistas. Cauilatur hunc apostoli locum à sophistis inuersum & deprauatū. Hic, ait, apostolus loquitur de igne iudicij, dicens, diē domini in igne reuelandū. Hæc tu iã mortuarius sententiã tenes, nõ tã ut obsequiu præstes, suspicor, tuo magistro, q̄ ut auctoritatē cõuellas Ecclæ.

Nõ est apud Paulum dies domini, id qd' uestrã corroboret assertionē, Sed dies declarabit, quod in igne

igne reuelabitur. At est in graecis clamas. Audi quid
habeat uolumen graecū, ad uerbū omnia tibi referā.
εἰδέτις ἐποικοδομῆ ἐπὶ τὸν θεμέλιον τῶτον,
χρυσον, ἄργυρον, λίθαις τιμίαις, ξύλα, χόρτον,
καλομμ, ἕκαστ τὶ ἔργον φανερόν γενήσεται, ἢ
γὰρ ἡμέρα ληθούση, ὅτι ἐν πυρί αὐτοκαλυπτέ-
ται, καὶ ἕκαστ τὸ ἔργον ὁ ποῖον ὄσι, τὸ πῦρ δὲ
κιμάση εἴ τινοσ τὸ ἔργον μνη, ἢ ἐπικοδομήσει,
μὴ δὲ λήψεται εἴ τινοσ τὸ ἔργον κακόςεται,
ζημιώθησεται, αὐτὸ δὲ σωθήσεται, οὐτὸ δὲ ὦ
διὰ πυρός.

Ecce, Non habes hic, dies domini declarabit, sed
dies declarabit. At hoc est afflictum uobis uestro mo-
re, quo salicet nobis inijceretur scrupulus de purgato-
rio dubitandi. At qui nimium est aperta haec sophistia-
tio, non apimur.

Sed introspicamus qd sibi uelit hic textus apo-
stoli, qd q; uiderint in eo, tā latine, q̄ graece literatu-
re interpretes. qd purgatoriū hinc tā intrepide statue-
runt. Retulim' locū graece, habeto iā ad uerbū latine.

Quod si quis superstruat super fundamentum
hoc, aurum, argentum, lapides praeciosos, lignū fenū
stipulā, cuiuscunq; opus manifestum fiet, dies enim de-
clarabit, quod in igne reuelatur, et cuiusq; opus qua-
le sit, ignis probabit. Si cuius opus combustum fuerit
damnum patietur, ipse uero saluus erit, sic uero tan-
quam per ignem.

I Qua

Quæ quidem uerba, quanto diligentius expendo
tanto mihi semper exanimius in hanc conducta ui-
dentur sententiam. Vis autem scire, quid in hoc me cõ-
atissime mouerit? facile dicam. Iactum est solidissi-
mum illud fundamentum Christus Iesus, superstrui-
mus omnes, aurũ hic, argentũ ille, tertius Iaspides et
topasios. Neq; desunt, qui super ædificent omnia spe-
ciosissima. Inuenias etiã, qui lignum superstruãt, nõ
parum multos qui fenum, uideas quoq; qui stipulam
adferant. Et rursus non desunt, qui nihil nõ friuo-
lum, nihil non expiabile deferant. Verũ hæc nõ apte
cõquadrãt tã magnifico fundamẽto. Probatur aurũ,
sed nihil est quod expiationẽ desideret. Probatur ar-
gentum, nihil detrimẽti patitur. Purissima sunt enim
illa, et cõfestim resident tranquilliter. Probatur topa-
sius, at nihil habet exterminãdum. Est enim purus et
preciõsus. Iam hijs supstructis quid fiet? Aedificium
sane, quo non desideres aliud magnificentius foeliã-
usq;. Probantur uero lignum, foenum & stipula. Ha-
bet ignis quod exurat, habet illius flãmæ expiatiuæ
fomenta arida, quibus nimirum si plumbi quid detu-
lerimus, tantisper decoquamur, dum quod admixtiõ-
is est plumbi prorsus euanescat. Quisquis aut totus plũ-
beus illõ uenerit, fiet de illo quod scriptum est, Ori-
genes, inquit, demergetur in profundum, tanq̃ plum-
bum in aqua ualidissima. Quid à Paulo dici poterat
significantius, explicatiusq;? Est ne hic quod hesites?
Audis aurum, argentum, & topasios, id est opa san-
ctis

Et, audis & mercedem. Ediuerso, Audis ligna, fœ-
nū, & stipulā. i. uenalia peccata. Audis & dānū, audis
ignē & salutē, & adhuc de purgatorio dubitas?

Et iustum & iniustum per ignem
probari.

Sed auguror, quis animū tuū scrupulus angat.
Non placet tibi quod aurum, argentum & la-
pides præciosi, per ignem probari debeant. Sonat
enim, perinde ac si sanctorum animæ in flammis ad-
huc & cruciatibus detinerentur, pro quibus orare tu-
men iniuria est. Audi Renate, & quæso ne grauatim
accipias fidei mei in hoc negotio rationem. Ingenue
fator. Hic idē scrupus aliquamdiu me quoq; perple-
xum habuit, torsitq; ingeniū quo nemo q̄sq; crederet.

Tibi non placet, quod uterq; ædificator probari
per ignem debeat. Et Paulus dicit, uniuscuiusq; opus
quale sit, ignis probabit? Probatur sanctus, & opus
suum bonū est. Manet igitur? Quid enim agat ignis
in eum, qui neque lignum, neq; fœnum, neque stipu-
lam, materiam combustibilem adferat? Quid ille dan-
ni, quid in igne patietur detrimenti? An non aurum
purum statim in fundo residet tranquillitur? Et ar-
genti ualorem quis dignoscere poterit, priusquam in
igne facerimus periculū? Probatur igitur uterq; per
ignē. Purus qdē, & pbatus, & approbatus p ignē sine
doloris acerbitate trāsuoluat in gloriā. Et tāto quidē
facilius, quanto adglutinatus hic Christo adhaerit.

Immo

Immo nihilo plus detrimenti patitur, quam in cœnâ
no firnaâs Babilonicæ tres olim pueri, hinc Paulus
diat, Si cuius opus manserit quod superstruxit, mera
ædem accipiet. Impurus uero, hoc est, qui leuiuscu-
lis quibusdam sit obnoxius peccatis, tantisper in hoc
igne decoquitur, dum qcquid attulerit uel fœni uel li-
gnorum cõsumatur penitus, euadatq; purissimus tam-
dem, & soli simillimus. Et hoc nimirũ est quod apo-
stolus diat, Si cuius opus arserit, damnũ patietur, ipse
uero saluus fiet, sic tamen quasi per ignem.

Hic aliquãmultos audio, q; mihi sic dicant. Quid
detrimenti sentiet anima, quando mox exusto opere
commigrabit ad superos. Respondeo, detrimentum
esse non parum mediocre, tam gloriose mercedis uel
momentanea dilatio. Ut ne interim dicam, quanta sit
iactura, quantum dānum, crudatu quo non alter hic
acerbior, in hac purgatorij carnificiana disrumpi.

Rursum innumeros audio, qui plus quam d'ic
d'ia πæ ab hoc sensu diuarient. Non est, in-
quunt, ille germanus apostoli sensus, supstitiosus est
& hereticus, sed omnia sunt ad præsentis uitæ statum
referenda. Et hic ad Erasmi relegant me paraphra-
sim. Quis ignorat hic elid posse bifariã eno dationẽ.
At alteri sic inherere, ut alterã faciã hereticã, hoc
est quod hereticum potius & apocriphum censemus.
Neq; Erasmus unã arripit usq; adeo mordicus, ut alte-
ram reijãat & orbi propinet floctipẽ dendã, id quod
tui satis prociãter faciunt. Sed quid illi non faciunt?
annos

an non apud eos est libertas asserendi & resandēdi
quidlibet? Commentū hoc est nuperrime clamitāt à
ridiculis sophistis (sic enim uocant theologos) quibus
tantillū nō adfuit cerebri, tam minutulū cogitantiae, ut
uidere potuerint, quae tanta faalitate p̄nosant Witē
bergiae muliercula.

Agite uero, Si nuper inuersus est hic locus à so-
phistis, quid Origenes ille uoluit, qui ut erat etate ma-
ximus, ita et doctrinae exactissimae celeberrimus? qd
inquam, hijs uerbis uoluit? Requiratur diligenter quē
abieremus illinc, quid unusquisq; nostrū deferat, &
secundum ea quae detulerit, secundū quod labor eius
pro contemplatione exuuiarū probatur, etiā mansio-
nis ei meritum preparatur. Probantur enim omnia
haec, quae per ignem per ignem, & quae per aquā per
aquam, uniuscuiusq; enim opus, quale sit, ignis pro-
babit. Et Augustinus, Gregorius & ceteri, tam graeci
q̄ latini, quur ante mille annos ex hoc loco purgato-
rij certitudinē stabilierunt, si nuper haec est à sophi-
stis commentata interpretatio? Recenserem è singulis
auctoritates, nisi scirem esse pauāsimos usque adeo
emotae mentis, qui non pluris faciunt, uel unius Ori-
genis dictum, quā Lutheranorū omnū, omnia ro-
tantia commentaria.

Sophistas sophistas clamant, & sunt ipsi sophisti-
cissimi. Quid enim est unq̄ à sophistis introductum
uel ioco, uel exercendi ingenij gratia, quod ipsi serio
non trahant in quaestionē? Clamant inuersas scriptu-

ras. Et ipsi non inuertendi solum, sed & deprauandi cautiūt auiditate. Et dum retrusiora conātur exas-
tere, illud agunt ut lippiant ad manifestissima.

Errare illos, qui locum hūc ad presentis
uitæ tragœdiam solum referant.

Sed eò regrediamur, unde paululū diuagatus
est orationis tenor. Digladiantur ad pallorē et
conuicia, locum hunc ad corporis ergastulum duntaxat respicere. Sed ab eis ego lubens didicim, quid,
a postolam hijs uerbis arbitrentur insinuare. Si cuius
opus arserit, quod superstruxit, mercedem accipiet.
Quod hic opus, quam mercedē intelligam? Opus di-
cent, aurū, argentum, & smaragdulos, Quæ sunt op-
tima, quæq; & Evangelica opera. Quid iam mercedis
accipiet constructor ille bis foeliāssimus? diuitias? ho-
nores? Molliusculum uitæ peribolum? Minime. Hæc
enim execratur epulans ille Evangelicus. Quid igitur?
Aeternam uidebit à morte gloriam. Intelligo. Et
quid hic dicam? Si cuius opus exustum fuerit, damnū
patietur. Quam exustionem, quod damnum audio?
Tentatio est, inquiet, & erumnæ, quibus & corpus
& aia cōquassantur in hoc presentis uitæ curriculo.

Hic iterum lubens didicim. Quæ mercedē in
futurum autument recipiendā, & dānum in presenti
sustinendum, quū parili tamē tractu Paulus utrunq;
protulerit? Et queso nonnihil mihi dicāt explicatius,
quod sit damnū quod apostolus uocat, & quis ille sit
ignis, qui lignum, fenum, & stipulam exussurus sit.

At

At iam diximus, inquit, erumnosa uita, & anime
in hijs corporeis uinculis afflictio. Sed uidete quā sine
egregie pauca, qui paxillulum erumnarum & afflic-
tionis in hac uita patientur. Nisi quis mihi dicat
erumnas & afflictiones, bis uel ter ebrium in die fie-
ri, totas perdere noctes cariludio, meretricijs inuol-
ui fetoribus in morem porci. Transio secularis mili-
tiae diuersa diffortunia. Sileo praecipuum fere homi-
num studium. At haec omnia laudi ducunt, gloria, et
maxime uoluptati, tantum abest ut in expiationem
faciant peccatorum. Vbi iam ignis ille, qui peccatorū
sordes eliminat & purget? Multi uiuunt in dilitijs
& in dilitijs moriuntur. Inter aedulia pontificum, in-
ter sabaritica pariter & uitellina prandia mors in-
numeros occupat. Quot hominum suffocant uina grae-
ca, theologica, obtrinsca & surrentina? An nō est in
prouerbijs, plures mori crapula, quā gladio? At
ubi damnum hic, ubi tentationis ardor, quo purgari
debeant à contractis labeaulis? Quot in armis ani-
mam efflant gloria plenissimi? Quod inter sistra,
tympana, & tubarum clangores, intrepidi & ani-
mo praesentes auferuntur? quibus sane contigit in hac
uita minutulum detrimenti, quibus ignis ille tentati-
onis, uel nihil exussit, uel plusculum exurendum
addidit. Quid illi post mortem? Detrudentur ad
infernos? At ferrum multi, es aut plumbum non
deferunt, hoc est mortalia non habent peccata,
Nec est quod in illam coelestem assumantur gloriam

quum ibi nihil ingrediatur quod non sit unde quaeratur
rutilum & decorum. Habent enim plerique lignum,
foenum, & stipulas, quae sunt peccata minutula & ue-
nia digna. Et ubi nam locorum sese recipiunt?

Iam mihi uide, num sit apprime necessarius ignis
hic apostoli, uti per hunc consumptis lignis & stipu-
lis, limpidissimi commigrent ad superos. Atque hoc est
nimirum quod hic apostolus innuit. Si cuius opus exus-
tum fuerit, danum patietur, ipse uero saluus fiet, sic
tamen quasi per ignem.

Quo peccati
mus mortaliter
et quo uenia-
liter.

Neq; tamen reclamauerim tentationem esse fla-
grantissimum ignem, non solum eluuii purga-
tium molosse consuetudinis, sed & mercedis lucra-
tium cumulatissime. Si modo uel quanta maxima pote-
rimus, oblati surreptionis arcamus simulachrum.
Sed uide fragilitatem humane naturae. Vide propen-
sissimum ad uicia genium. Considera quorsum abri-
piat hominem, Ade peccati appetentissimus ille fomes,
cuius etiam insolentiam huius uerbis deplangit apostolus.
Video aliam legem in membris meis repugnantem le-
gi mentis meae, & captiuam me in lege peccati. &c.

Iam inuadit hominem tentatio, sit ariditatis illece-
bra mundi, sit delinita cuiusuis sceleris appetentia.
Quid faciet homo, ut fragilis, ita & indiligens. Pro-
uocatur euestigio (diuina pulsante gratia) uoluntas ho-
minis, appositae sunt aqua et ignis, uita et mors, bonum
& malum, aurum plumbum et stipula. Si consentiat oblato ui-
tio et demulcente sibi palpitetur ardore, peccat morta-
liter

liter. Si respuat gnauius, & sine temporis interapi-
dine, gloriam sibi comparat, aurum, argentum, & co-
pasios, quibus aedificiū sibi pulcherrimū cōstruat. Si
uero tardior in depellendo, remissiorq; fuerit, stipu-
las colligit & temporarie luendae pene constringi-
tur, hoc est, uenialiter peccat. Iā quotusquisq; est (nisi
penitus diuina communitus gratia) qui curet hostem
ita profligare, & à sinibus suis abigere, ut titillante
cupiditate, non irretiatur uenialibus noxis? Rarissi-
mus enim est, qui non aliqua parte sui tentationi suc-
cūbat. Immo necessariū est, si uobis credimus, ut pec-
cetur, ut non stipulam modo, uerū & plumbū supe-
redificemus. Quo magis igitur hoc igne tentationis
cremamur, eo semper profundius immergimur luto,
& magis expurgandi sumus in hac uita.

Quid iā rectius uideri possit, quam ut ignis hic
apostoli purgatorium intelligatur, quo post mortem
anima à contractis expietur mendulis, & non uita ca-
lamitosa tentationisq; colluctatio, quibus hominū ma-
xima pars saepe polluitur conspurcaturq;, & tamē
non unde qua q; expurgatur.

Vel hoc ad sanctissimos, illud ad omnes refera-
tur à tra cōtrouersiam. Et tamen audi. Si tentationis
ardor minutulas solūmodo consumat offensas, quas p
lignum, fenum, & stipulas apostolus insinuat. Vbi
manebunt ferrū, es, et plūbum, id est, grauia, & eter-
na morte digna peccata? Auferuntur illa dices, & eli-
minātur Christi morte. At haec minutula, cur nō eadē i. Pet. ii.

I V auferuntur.

auferuntur ratione? nonne tps iam est acceptabile, tps gratiae & salutis? Auferuntur, inquires. Sed ad illa confestim natura relabimur, quum ad peccata simus natura propensissimi, quo fit ut expurgari debeant iterum tentationis rutabulo..

i. Pet. iij.
Matt. xij.

Esto, nihil interpello rixosius, sed hinc aduertimus, posse quicquam in animam cadere, quod expiationem requirat. At hoc si non in hac uita, certe ut in posterum eliminetur necessitas erit. Tantus enim est diuinae iustitiae rigor, ut Petrus scriptum reliquerit, Iustum uix in gloriam recipiendum, ut Christus minuetur, reddendam rationem de omni uerbo oratio.

Quare non opinor haec admisisset suo libro Paulus, nisi purgatorium intelligi post mortem uoluisset. Agnouit enim in homine delinquendi pronitatem, perpendit indiligentes penitentiae quam plurimos. Vidit iustissimum dei iudicium. Vidit ambiguum mortis euentum. Si quidem e uita rapiuntur plerique, pernicitate tam momentanea, ut ingemiscere semel pro peccatis non possint, et tamen non stipulam modo & foenum, sed lignorum quoque deferunt, immensam congeriem.

Corint. ij.

Et quid illud quæso? Si nosmetipsos diiudicemus, non utique diiudicemur. An non perinde est, ac si diceret. Quod si nos abunda penitudine reliquas peccatorum in huius uitae periodo absterferimus, si lignum, foenum, & stipulas, uel igne tentationis fortiter exusserimus, uel eleemosynis, Ieiunijs, aut orationibus flammis exanclauerimus, nihil diiudicabit

cabit in posterum dominus? Et quid, te quæso, uult ad Galatas, quando hortatur ut opus suum unusquisque probet, uti sciamus quantum illic lucrari poterimus? Quidquid homo, inquit, seminauerit, hoc et metet, Gal. v. bonum autem faciendo ne defatigemur. Dum tempus habemus operemur bonum. Et iterum ad Corinthios dicit. Unusquisque mercedem accipiet, secundum suum laborem. Quod idem Origenis ille maximus, nihilo socordius inculcat. Sed et illic, inquit, conuenitur, si quis multa opera et parum aliquid iniquitatis attulerit et c. Et alibi dicit, secundum ea quæ detulerit, secundum quod labor eius pro contemperatione exultiarum probatur etiam mansionis ei meritum preparabitur? Hæc ille. Sed quid hæc omnia sibi uolunt, si non aliud est purgatorium, quam tentationis ardor et afflictæ uitæ molestia? Si preuenti morte nihil hic diiudicauerimus, ubi diiudicabit dominus? Iustus est enim et iustitias diligit? Et quorsum attinet suum quemque opus probare, si tam lignis quam stipulis suffarato nato, in cælum aditus cunfestum est uita pateat?

Statuamus hic esse duos, quorum alter est ab omni parte purus et limpidus, et alter impurus, et uenialibus ubique maculis inquinatus, ut qui lignis fœno, et stipulis sibi friuolum illic ædificium fecerit. Aufertur uterque de medio uiuentium, eodem temporis punctulo. Quid fiet? Tu dicis, euolabit uterque mox in gloriam. Sed doce me, quæso, quo pacto sua cuique merces erit secundum laborem? qua ratione deus unicuique reddit

Rom. viij. xx.
et. ij.
Gal. vi.

Matt. xij.

Gen. ij.

reddit secundū sua facta? Et ubi manebit illud, quicquid homo semineuerit, hoc et metet? Quo modo pro mensura delicti erit et plagarum modus? Et si mox uterque transmigret in gloriā, nonne mentitur Paulus, qui lignū, fenum, et stipulas, per ignem expurganda contestatur? siue sit ille tētatiōis ardor in hoc seculo, siue purgatorij post mortem? Nonne mentitur Ioannes, qui nihil asserat in cœlū posse reāpi, quod habeat mendulas? Nonne mentitur ipse Christus, quando dicit, de omni uerbo oāso reddēdam esse rationē? Denique nunquid omnes mentiuntur, qui Christum esse iustum asserant? Quid tu mihi finies esse iustitiam? Quid iustum esse dominum, si mox ut e uita discesserint, tū purus, quā impurus in cœlū reāpiātur? Misericors est dominus. At est idem et iustus, Mitis est et clemens. At est identidem iustitiā et iudiciū faciēs. Nihil boni relinquit irremuneratū. At nihil etiā mali relinquit impunitū. Peccauit Adam in uno, et audiuit, In sudore uultus tui uesceris pane tuo. Peccauit in duobus Heua, Superbiuit enim et cōedit uetitum. Sed audi iustissimum dominum. Eris, inquit, sub uiri potestate, et in dolore paries filios tuos. Peccauit triariam serpens, inuidia, mendacio, et deceptione. At audi tres ei pariformiter inflictas maledictiōes, Superpectus tuum gradieris, terram commedes, et ipsa conteret caput tuum. Sed quid unum hic aut alterū locū recensco, quū nulla fere sit utriusque testamenti pagina, quæ non inflictam pro peccatis penam indicet.

Remissa

REMISSA CVLPA, PAE,
nam adhuc manere.



Frūm hęc est erroris uestri prima
ria ratio, opinamini, tā penā cōdo
natam, quā culpam, si credamus
solū pro nobis cruāfixum dominū.
Hęc clamatis, sola fides, ut omnem
aufert culpam, ita & obliterat in anima peccatorum
reliquias, Si uel ingemuerimus semel ad dominū. Sit
nullū purgatoriū, nisi mox diluāde monstrauero, q̄
sit uobis illud declamatū impudenter ridicule. Et ad-
uerte lector hic aīm. In hoc enī totius purgatorij car-
do conuoluitur. Nā si nihil in anima purgandū rema-
neat, post culpā condonatā, certe manca fuerit, & in
optima sui parte flaccida purgatorij constitutio.

Experiamur itaq; principio, nū possit remanens
tis penę fulāri ueritas scripturis solidis. Simule tiam
q̄ nō faciāt satis ad iustificatiōē sola fides expēdam?

P Ecceuerūt Adā & Heua domino, sed quis am-
bigat (ut erant hoēs eximia sapientia pręditi)
quin statim resipuerint, & tamen audiuit uterq; in-
flictā sibi penā à domino. Immo sentimus Renate in
hodiernū diem, reliqas istius peccati, in suo quisq; cor-
pore, rebellātes pulsanti gratiæ. Tantū abest ut solu-
to reatu penā confestim euauerit.

Gen. iij.

A Vdi rursūm, legitur in Leuitico, Anima quę
iurauerit, & protulerit labijs suis, ut m. le
quid faceret, uel bene, & non fecerit, & illud ipsum
iuramento

Leuit. v.

iuramento & sermone firmauerit oblitaq; postea intellexerit delictum suū, agat penitentiam pro peccato suo & offerat agnū de gregibus seu caprā, orabitq; pro eo sacerdos, & pro peccato eius, & dimittetur ei. Hic tibi sufficeret Renate sola fides, & singultulus unus. At diuersum innuit diuinus ille legislator Moyses. Vult enim ut agat reus penitentiam pro peccato suo, vult ut satisfaciat, vult ut sacerdos pro peccato eius oret. Vides quā non sufficiunt solum credere, & ingemiscere. Agat, inquit, penitentiam, sit hoc semel ingemiscere. Tu nihil aliud exiges. Sed quorsum attinet, agnum offerre de gregibus seu capram? quorsum attinet illa sacerdotis oratio? Vis tibi luculentius explicari quid hic sentiam? Quando dixit, agat penitentiam, culpae condonationem insinuauit. Sed quia remissa culpa, quandam scāuit in anima remanere scoriam, superintulit euestigio, & offerat agnum de gregibus, seu capram, orabitq; pro eo sacerdos & pro peccato eius, & dimittere ei.

Iohel. xxxiiij.

Isaiæ. xxiij.

Clamat propheta Iohel, Conuertimini ad me in toto corde uestro? Hoc tibi satis ē. Sed aduerte quid euestigio superaddiderit. In fletu, in planctu, & sandite corda uestra. Et Isaias loquitur de planctu, fletu, caluicia, & angulo sacci, si nihil maneat in anima post resipiscentiam expurgandum, quid hęc sibi uerba uolūt? Si suffiat itēsus solū gemitus, quod uibi fletus, plētus, ieiuniū, caluiciū, & sacci angulū.

Diāt

Dixit dominus apud Ezechiele, Si autem dixerit impio, morte morieris. Et egerit penitentiam a peccato suo, feceritque iudicium et iustitiam, et pignus restituerit ille, ipsius rapinamque reddiderit, in mandatis vite ambulauerit, nec fecerit quicquam iniustum, vita uiuet et non morietur. Omnia peccata eius, quae peccauit non imputabuntur ei. Iudicium et iustitiam fecit, vita uiuet etc. Audis iterum, Si penitentiam egerit, dicit dominus, pro peccato suo? Hoc est resipiscere et pro peccatis ingemere, tu figis illic pedem, et doces imperitam plebæculam illud sufficere. Sed audi quid dicat dominus, si fecerit iudicium et iustitiam, inquit, et pignus restituerit, et rapinam reddiderit, et in mandatis vite ambulauerit, neque fecerit quicquam iniustum, vita uiuet et non morietur. Et alibi scribitur, Beati qui faciunt iudicium et iustitiam in omni tempore.

Quid Oseam Ananiae regis filium commemorare? quod si resipuerit, in expiatione tamen patris fauoris, leprosus ad uitam totius curriculum permansit, ij. Par. xxxi.

Quid Mariam sororem Moyses? An non illa murmurantis in fratre lingua placauit offensam, et tamen adhuc heptomadae spatium sustinuit lepram? Num. xx.

Adde si libet filios Iacob, qui peccauerunt in fratrem Ioseph, quem Israelitis uendidierat. Sed quis ambigat, ut erant patriarchae celebres, quin et fidem habuerit, et ingemuerit inter seipsum commissum flagitium, ut et aeternae damnationis culpam euaserint. At dilatum est tamen peccatum huius penale cyrographum, donec

in

i. Reg. ij.

in Aegypto multiplicā iacturētur infortunio, ut clama-
re coactus sit Ruben. Merito haec patimur, quia pec-
cauimus in fratrem nostrum. Et Heli, quis credat, quin
culpā delicti sui cōfestim absterferit resipicētia? quod
tā humiliter respōdiderit hortāti Samueli, dominus
est, quod bonū est in oculis suis fiat. Et nihilominus ta-
mē, inflicta postmodum est pēna.

Idem in Achab est uideres. Regum. 2. Vbi domi-
nus diāt, Nonne uidisti humiliatū Achab coram
me, Quia igitur humiliatus est mei causa, non inducā
malū in diebus eius, sed in diebus filij inferam malum
domui eius.

Vides, Quid hijs scripturis est aptius? Quid
significantius? Nōne plane rationis exptissi-
mus est, q̄ nō hinc abūde cōcipiat, soluta culpa, nō ni-
hil in aia residere, qd̄ eliquationē req̄rat uberiorē?

Docet illud, quāobrē propheta David condona-
tū sibi crimē defleuerit tāto lachrimarū profluuio?
Dixi, inqt, confitebor, & tu demisisti iniquitatem pecca-
ti mei. Hic uides immēsam misericordiā. Ingemuit so-
lū, & dimissa est peccati tam atrocis iniquitas. Quid iā
aliud est peccati iniquitas, q̄ aeternae dānatiōis culpa?
At ea cōdonata, si nihil mane at, quod pēna restet eli-
minandum, quur audiuit hic uates, Verūtamen quia
blasphemare fecisti & c. filius qui natus est tibi morie-
tur? Quur postea totius clamauit miserere mei deus,
amplius laua me ab iniquitate mea, & à peccato meo
mūda me, Asperge me ysopo & mundabor, laua bis
me

me, & super niuem dealbabor? Quir, inq̄, amplius
cupiebat expurgari, si nihil expurgandū habuit? Vi-
des errorē tuū? Non est quod disimules, Res est capti-
faillima. Si fides sola quēpiā omnino liberare posset
fuisset hac utique liberatus Dauid. Si gemitus unus
usquequāq̄ colluuiem auferat, Nihil iste sensisset de-
trimenti postea. Quis enim eō credidit unq̄ affirma-
tius? Quis ingemuit scrupulosius penitiusq̄? Quis
aliquādo certior fuit de remissa sibi culpa? Et tamē ni-
hilo segnius interim afflixit suam carnem, ut explode-
ret atq; eliminaret peccati residuū. Laborauit ī gemi-
tu suo. Lauit p̄ singulas noctes lectū suū, lachrymisq;,
rigauit. Paratum semp̄ sese obtulit in flagella. Et ha-
bebat in conspectu semp̄ suū dolorem. Annūciāuit
iniquitatem suam, & cogitauit pro p̄ctō suo. Comedit
cinerē tanq̄ panem, & poculū suū cū fletu misauit &c.

Vides ut in se animam aduerterit inclementius?
& quanta studuerit industria satisficere iustitiæ, non
quā Adā, sed quā ipse uiolasset elūbo crimine. Ama-
bo te, ediscere mihi, quid sibi uoluerit prophetarū il-
le primipilus? Cur tanto lachrymarū imbri condona-
tū sibi crimen defleuerit, si nihil inhereat animæ so-
luto reatu, quod iustitiæ consummationis reqr̄at limā?
Nū ille trepidauit ubi nō erat timor? Num ille toties
clamauit, miserere, miserere, & laua me, & asperge
me, ātra necessitatem? Absit, Immo cognouit, ut erat
homo plenus spiritu, iustissimū dominū, & iustitiā in
homine desiderari. Quapropter et alio loco clamat,

K Iustus

Iustus est dominus & iustitias iudicabit.

At hæc oia tibi nihilo pluris æstimantur, q̄ aniles fabulæ, & oblectamēta puellaria. Et rides me, q̄ nō accedam tuo cerebro. Diffidis, ais, ò Werstemū diuinæ misericordiæ. Audi Renate, Agnosco ingentē misericordiā, Agnosco patrē clemētissimū. Sed tenet me stupor qdē & lipopsichia, quoties mentē subit horrendus ille iustitiæ rigor, quoties aduerto, conuinctam cū misericordia iustitiam.

Duplex sanctificatio.

Vis autē scire, quid in hāc partē mihi semp dictū uerit fides? Facillime dicā, Principio, duplicē accipio iustificatiōem. Alterā q̄dem, qua p̄ gratiā à culpa liberamur. Alterā uero, qua digna penitētia peccatorū extirpātur reliquiæ. Sit iā adulter quispiā, sit homicida, sit matriāda, sit patriāda, sit quātūuis grauibus immersus deliquis. Stimulatur forinsecus diuina gratia. Timore suffunditur, q̄ prior est ad resipiscentiā ianua. Credit sese dānatū iri p̄petuo, nisi mentem ab insania recolligat. Reuertitur gemebundus ad dominū. Ināpit ex aīo sua detestari flagitia. Iā sanctificatur, iustificatur, cōstituitur in Christū, Et nihil in eo manet dānatiōis æternæ. Sicut Paulus aperte diāt, Nihil dānatiōis in ijs, q̄ sunt in Christo. Et hæc est prior illa iustificatio. Circa quam nimirum inexcandabilem diuinæ misericordiæ fontem aduertimus. Sicut ipse Christus diāt, Conuertimini ad me & salui eritis. Quotiescūq; peccator ingemuerit &c. At iā ē ratiōi cōsentaneū, ut diuinæ quoq; iustitiæ nihil derogetur.

ES

Et quanto quisq; deliquerit enormius, tato iam in sese
animaduertat intemperatus, quo iam pridem auspiciata ius-
ticia consummatio eua dat indies perfectiorq;. Veluti
David, ueluti Micheas, qui recogitare sponderat
omneis annos suos in amaritudine anime sue. Et haec po-
sterior est iustificatio, qua scilicet dignis penitentiae
fructibus diluitur peccati conscientiae relictus in
anima scrupulus.

At illam negat hodierna factio. Quid si negat haec
eadem et ignem calidum? Sed dicant amicum rogauerim.
Cur dominus ubiq; praecipiat pro peccatis peni-
tentiam iudicium et iustitiam? Cur apud Iohelam cupiat, ut
conuersi, lachrymentur, plangant, et corda sua disan-
dent. si tam nulla sit illa posterior iustificatio, quam ipsi ui-
deri uolunt. Et Paulus inchoatam iustitiam uocat nouam
creaturam, Iacobus eadem appellat initium aliquod cre-
aturae dei. Sed quid illam uterq; docet indies perficiam co-
summariq;, si statim adeo perfecta sit, ut nihil quicquam
extirpandum illic remaneat? Et quid sibi uult
Ioannes, quando dicit, Qui iustus est, iustificetur adhuc,
nonne plane ridiculus est, si nihil agit ulterior
iustificatio?

Minuitur Christus malum, nisi abundet iustitia no-
stra plusquam phariseorum et scribarum. Apprecatur
Paulus Thessalonicensibus, uti dominus eos totos iusti-
ficet. Et liberatos a peccato Romanos clamat esse seruos
iustitiae. Sed quam abundantiam audio? quam iustitiam? Quos
seruos? Interpellaueris fortasse, clamitans, hoc aliud

Apoc. xxij.

Mat. v.
Thess. v.
Rom. viij.

K ij nihil

Heb. vi. nihil esse, quā presentes crucifigere cōcupiscentias, nō aut præteritas. At hoc ipsum crucifigere tibi cedit in remissionem præteritarū. Nā si iniustus deus nō est, ut obliuiscatur operis nostri. Si labor noster & opus non sint inania in domino, & nihil item faciant ad æternæ uitæ consecutionem, id quod uerissimum esse contenditis, certe consentaneū erit, ut iustitiā nostram adaugeant, reddantq; nos à peccatorum carie semper magis atq; magis expeditos.

Addā & illud, Dijudicandū nobis est, nisi uoluerint Christus & Paulus recātare suas uoces. Sed hoc ipsum si fecerimus ante primā iustificationem, quorsum proderit? Si post, quid adferet emolumentū? æternam gloriam? At illa gratis datur, Christi parta sanguine. Quorsum igitur proderit, nisi ad extirpandā cōmissi deliquij rubiginē, quo tandem euadat instruetior nostra iustificatio?

i. Ioan. ij. Edisserit Ioannes, Si scitis quod iustus est, scitote, quod omnis qui facit iustitiā ex ipso natus est. Et qui prænouit uenturos quosdā, qui iustificationē hāc abijcerēt, Ioan. ij. Superaddidit in sequenti capite, Filij mei, nolite seduā, q̄ facit iustitiā, iustus est. Et paulo postremius, Omnis qui non facit iustitiā non est ex deo.

Ineptire eos, qui Paulū nudā resipiscentiā docuisse contendunt.

Act. xxvi. **H**abes hic clarissima, At habeto, si lubet, clariora. Affirmat in actis apostolus, quod gētib; annuntiauerit penitentiā, quatenus ad dominū reuer

reuerterentur, faciētes opera pēnitentiæ digna. Sed
ariolare lector, quid adferant interpretatiōis hic, no
stri benenoli, Hoc est, inquiunt, hortabatur eos Pau
lus, uti resipiscerēt, ingemerentq; semel pro cōmissis
flagitijs. Et addunt, Nihil enim exposat piētissimus
dominus, nisi ut ī posterū bene uiuamus. Atq; hic sibi
blādiūtur dapsiliāus, q̄ si Gordij nodū explicauerint.

Respōdit uero, Si Paulus hic nulla penitudinis
insinuat opa, quur diāt, Si nos dijudicaremus, non
utiq; dijudicaremur? Quid uult, ut dijudicemus, Si
nuda suffiat resipiscētia? Quur Romanos per gra
tiā iustificatos appellat seruos iustitiæ? Quod teneatur
ī posterū melius uiuere, dicētis. Immo attēdite, quo
pacto sua uerba ad eosdem explicat dissolutius. Sicut
exhibuistis, ait, membra uestra serua iniustitiæ, ad ini
quitatem, ita nūc exhibete membra uestra serua iu
stitiæ in sanctificationem.

Auditis digna pēnitentiæ opa? Auditis quo mō
nos dijudicare oporteat, nisi postea uelimus dijudica
ri correctius? Auditis quid sit esse iustitiæ seruū? Ro
mani iam dudū resipuerūt, erātq; iustificati per gra
tiā. Et tamen nihilo segnius adhuc uult, ut digna faci
ant opa pēnitentiæ, ut iudiciū faciāt, & iustitiā. Iu
diciū qdem, ut secū penitius reputent, à quanta pri
dem sese diuerterint gloria, & quā atrocis culpæ
se reos interim constituerint. Iustitiā uero, ut pro men
sura delicti, faciāt & pēnitētiæ modum. Et quantū
sese glorificauerint pridem, & in delicijs uixerint,

K iij tantū

Cor. ij.

Rom. viij.

Rom. viij.

tanti sibi ipsis iam infligant tormentū & luctum
Quid enim aliud sonarent hæc uerba, Sicut exhibu-
istis & c. ita & c. Et hoc est nimirū, quāobrem tan-
Corint. vij. topere gaudeat de suis Corinthijs, uidelicet, quod nō
cōuersi solum, sed & constrictati fuissent ad peni-
tentiam.

Faceant igitur hinc, qui mihi dicant, nihil docuisse.
Paulum, quam nudam resipiscantiam, & semel dum-
taxat p̄ peccatis ingemere. Quid adeo dictu propudi-
osum ē, qd' nō illi plenis ausint effundere buccis? Dū-
modo possint i sententiā trahere seqbilē plebeulā.

Quid sit peni-
tentiā Ioannis
Luc. iij.

Quid baptistam cōmemorem? Nonne conflua-
entem ad se populum sollerti molimine doc-
uit, quatenus agerent dignos penitentiae fructus? At
illi (quēadmodū & uos) dubitabant, quos fructus, q̄
innueret penitentiam. Quare perplexi consterna-
tiq; mox dolēter insiūt, Quid faciemus. Iā audite, q̄ il-
le nodū explicat diluāde. Qui habet, inqt, duas tuni-
cas, det nō habēti, & qui habet escas, faciat similiter.
Auditis iterū fructus, qui docēt penitentia? auditis
q̄ nihil euarient alterutrum Ioannes & Paulus?

Nihil aut egero, si proferā in medium, quid hic
senserint orthodoxi patres, quō Paulam egregiā fœ-
minā introducat loquētē Hieronymus, quō corruptā
illā instruxerit Ambrosius. quō Chrysostomus,
Augustinus & illorum aliquot milia, penitentiam
asseruerint. Tametsi quorsum attinuerit? quando
Christus ipse penitendi formā expressit luulentiis,
quāms

quàm ut omnes inimicà diuersum asserere ualeat. Et nihil recusauero, ne tantulum quidem, quo minus clamitent me κολοιορ'ερ ταις μ'σσαις, aut si lubet, ονορ'ερ πιθικοις statuunt, nisi uerissima sunt quæ memoro. Ve tibi Chorasin, inqt, ue tibi Bet saida, quia si in urbe Tyri, aut Sidonis factæ fuissent uirtutes, q̄ factæ sunt in uobis, olim in sacro & anere scelerũ suorũ penitentiã egissent. Quid diu peterat expressius? quid enodatus? Pertinaciter miror, sit ne quispiam, tam crasse mentis ollarius fusor, qui nõ hic examussius cernat, errare tales, qui penitentiam inter pigros homines doceant, nihil aliud esse quàm nudam resipiscentiam.

Et quæ tandem hæc est obstrigilatio plus quàm sathanica? Clamat Paulus ut digna faciãmus penitentiã nis opa, Clamat Ioãnes, facite fructus q̄ deceat penitentiã. Præcepit Moses, ut nõ solũ agamus penitentiã, sed & agnum offeramus de grege seu capram. Imò Christus, sicuti refert Hieronymus, nos omniũ uocibus ad penitentiam uocat, Et Lutherani non uolunt nisi duntaxat ingemisere. Perinde ac si deus regnare sine eis non posset. O sceleratam persuasionem. O uiros dignos, quibus Ecclesiæ credamus habenas.

Et hic referre libet, quã ex angui liuore illa uocabula, satisfactio & penitentiã psequantur. Nõ tã opinor, qd' eorũ aduersentur doctrinæ, q̄ qd' inde p̄spectũ sit aliquatulo cõmodius Rom. curiæ. Detrudantur, clamant, i cõfluẽtẽ Cocyti et Flegethõtis ille pdite uocis.

K iij Et

Quid sit Christi penitentiã. Matthxi.

Et quia nō legitur ī scripturis expressum satisfactio,
explosum inter eos ē & absoletū penitus. Vocabulū
uero penitētia, quia sparsim in sacris literis conui-
siur, tanq̄ aquam in mortario contondūt, & in aliam
adnituntur transfigurare speciem. Nō est, inquit, pē-
nitētia, quod opinatus est phāsticus ille patrū grex.
Sed methania dicitur, id est, trāsmētatio siue resipi-
scentia. Et unde uobis oculi tā lyncei, quibus iā tandē
si dijs placet, huius uerbi uim & uirtutem attenderi-
tis? Pape scientificos homines. Sed iam ipse me
contraham statim, si prius id quod antea ceptum erat
tum paulo fusius enodauerimus, tum paulo fulcie-
rimus cautius. Etiā si mihi satis sup̄q; uideor istucip-
sum cuiasse. Nō fugiā uideri uerbosior, dūmodo de-
fensetur ueritas, falsitate ultra Sauromatos relegata.

Ostendimus remissa culpa, cōtracti sceleris in ani-
mam manere uestigiū. Quod si psuasero tibi, res op-
time habet, sin minus, ineptientē me, queso, parū per
adhuc patere. Negant obstrigili remanere quiddam
in anima quod penitētiæ requirat acrimoniā. At ro-
gentur ij, negare ne simul uelint quod in aptum pro-
nūciat dominus. Affectauit olim in populū suū rigo-
rem penitētiæ, uti uidere est in Deuteronomio, ius-
sit eos penalibus opibus sese cōfligere in peccatorū
expurgationem, sed quorsum illud amabo, si nihil
exterminandū illec maneat soluta culpa?

Sed abite, clamate, obgannite, recalātrate, argu-
temini, repliate, carpente, inuertite, deprauate, insa-
nite

nite. Nunquā effiaētis ut ab Ecclā simus discessuri
infantiliter. Tum ratiōe uerbi quod audiuit Petrus,
Oravi pro te Petre, ne unq̄ deficiat fides tua, tū quod
in Romana Ecclā Christi fides immobilis semp̄ pseue
rauerit. In qua uti Rossinus testatur, nulla unquam
heresis sumpsit exordium.

Neq; tamen ego credo, q̄ credit Papa, sed cum
Baldo credimus, quae credit Ecclesia. Imo si
quicpiā mihi credendū praescriberet Pontifex, quod
saperet heresim, non accederē. Sic me docuit Hostien
sis Cardinalis, Et Io. an. in ca. Proposuit. De concess.
Presb. Et Floren. in lege, Sed & loā. ff. finiū regun
dorum. Potest enim errare Pontifex, Ecclā nō pōt.
Sic uolunt Panormitanus Abbas, Cardina. Came. &
Archi. bono. Et ipsum conālium si una cum Pontifice
sententiā fidei proferat, errare non pōt. Cuius rei si
rationem postulas. Vide Ioannem de turre cremata,
eius uoluminis libro tertio, cui titulus est, de summa
Ecclāe. At hos uiros tu mihi rides oculate Lutherane.
Et tamen nihil habes, ne tantulū ratiōis q̄dem, quā ob
rē tuis credere potius debeamus. Errauerūt, dias, cō
ālia. At hoc ipsum corroborat Ecclāe fidē, qd̄ errare
diu non poterant. Errauit conāliū Ariminense. Er
rauit Ephesinū secundū. Errauit Aquisgranense &
Constantinopolitanum de ponendis imaginibus. Sed
quia non potest mentiri ueritas, error iste confestim
correctus est. Id quod apud cordatos homines maxie
cōmendat auctoritatē Ecclāe. Quanq̄ donemus fieri

• K V posse

posse, ut erret conālium, sed hoc nequaquam in hijs que
fidei sunt. Imo in actis ul' moralibus, ul' iudicialibus fa-
cile concesserim. Siquidē ibi tāta circūstantiarū est va-
rietas, tanta multitudo, ut periculum sit, ne quādoque
ledatur ueritas.

¶ Hic erratū est optime lector, ul' correctoris incuria ul' calchotypi
Nam illud quod habes, in præcedēti folio. Sed iā ipse me cōtrahā etc.
hic stare debet, usque ad uersum, quod incipit, Sed abite, clamate etc.

¶ Identidē admiramur,
quod emolumentum possit adferre peccatoribus, sacerdotū
pia ad dominū præcatio. Quid enim mihi perderit, ora-
tio quantumuis iusti hoīs, si mortali cōspurcatus macula
penitentiā recusauero? Nihil quicquam. Si uero resipisco
et regredior per penitentiā ad dominū. Remittitur mi-
hi peccatū quod patraui. Neque tamē propter meā re-
sipiscentiā, neque propter oratiōem etiā iustissimi sacer-
dotis, uerū per mortē et satisfactiōem Christi, per gratiā
Iacobi, v. et misericordiā. Et tamen Iacobus scribit, oratio iu-
sti saluabit infirmū, et si in peccatis sit dimittetur ei.
Et in Leuitico præcipitur, ut sacerdotes pro peccatis
hoīm orent. Quid est itaque, quod mihi possit auxiliari
talis oratio, nisi ut imbibit e noxæ fermentū euacuet,
et ueluti rutabulum quoddam, consuetudinē meā cō-
spurcaturū extenuet pauimentū? quo tandē reddar
adeo clarus et limpidus, sicuti fueram in baptismo?

Dan. iij.
Tobię. xij.

¶ Quid illud autē, scriptura clamat, Eleemosynis
peccata tua redime. Eleemosyna purgat pec-
cata. Date eleemosynā, et ecce oīs munda sunt uobis etc.

Sed

Sed docete, quesumus, Quid est qd' redimet eleemosyna? Peccati mortalis iniquitas? At illa nō remittitur, nisi per gratiā & satisfactionē Christi. Et tamē ut aliqd agit eleemosyna, uel scriptura falsa est. At nō est falsa scriptura. Quid igitur eluet eleemosyna. Quid putas, nisi relictam peccati in anima scoriam?

ET iterum, Quid mihi proderit eleemosyna, si non sim in statu gratiæ, hanc amq; per charitatem in domino? Nonne dicit apostolus? Si distribuero in abos pauperum omnes facultates meas, charitatem autem nō habeam, nihil mihi prodest? At si per charitatem adglutiner domino. Dimissa iam pridē est peccati mei iniquitas. Caritas enim multitudinē peccatorū operit. Quid igitur exprugabit eleemosyna, nisi relictam ex vulnere datricem?

Date & dabitur uobis, dicit dominus, Dimitte Luc. vi.
tite, & dimittetur uobis. Si enim dimiseritis hoibus peccata eorū, dimittet & pater uester cælestis peccata uestra. Hic auditis reddi nobis quidpiā, si quicpiā dederim? Auditis remitti peccata nostra, si mō nobis illatā à proximo dimiserimus offensam. Atqui culpa mortalis deliquij maior est, q̄ ut aboleriqueat, uel totius mundi penitētia, nedū tātillulo nostro ope. Hanc enim nisi Christi purissimus sanguis nihil obliterat. Quid est igitur, quod nobis dabitur, si nos dederimus? Quid nobis remittetur, si nos infligatā à fratre dimiserimus iniuriā? qd, inqnā, aliud esse pōt, quā pena peccatis debita benigna relaxatio?

Vid

Vide quorsum te ptraxerit exoculatio. At eò te pertrusimus angustie, ut effugere non possis priusq̄ mihi, uel meam cantaueris cantūculam, uel inuersam adduxeris interpretationem scripture. Satis enim superq; probatum est, remanere quiddam in anima soluto reatu, quod ad equato sic obliterandum penitentie dedolabro.

Iam illud si non fecerimus in hac uita, nonne consentaneum erit uti faciamus post mortem?

Hic iterū audio, quid mihi respondeant obstri-
guli. Horror, aiunt, & p̄na naturalis mortis, eliminat & purgat, quicquid manet reliquiarum in anima. Atque hic palpantur sibi, perinde ac si uicerint. Sed audi, queso, quā inep̄tiāt illi ridicule. Statutum est apostolus, inquit, omnibus semel mori, post hoc autem iudiciū. De iudicio uero testatur euangelica ueritas. De quocunque uerbo odioso, quod locuti fuerint homines, reddent de eo rationem in die iudicij. Hoc unicum Christi uerbū, ut labefactat assertionem uestram & prosternit inuictissime, ita meam corroborat & plane reddit inuincibilem. Nisi enim remaneat aliquid condonata culpa, quorsum erit post mortem reddenda ratio? Et si per mortē purgātur omnia, quomodo post mortem de uerbis odiosis reddemus rationem?

Heb. ix,

Mat. xij,

Integerrimo uiro Georgio Pistori à Lasphe, diui Ge-
reonis apud Agrippinam Colonia collegiatæ Eccle-
uicario, Ioannes Werstemius, salutem diat.

Quem à me toties efflagitasti libellulum, en ha-
bes, humanissime Georgi, Sed uide quantis
interim me sugillatiõibus obiecerit pijsimũ illd' animi
tui pro defensiõe Ecclesiastica desiderium. Quid tandẽ
nasutuli dicent? Imò quid non dicent? Illos puto inuer-
sarũ narium & fatiscante palato benenolos, qbus aliena
semper obolent, semp nauisam exatant, qui cũ Hora-
tiano illo Crispino multa se posse iaculant. sibi Suffe-
ni palpatur, & tamen ne iota qdem unũ conscribere
norunt. Tun' audes, ingent, ineptule Werstemi post
tot emonctos in Germania scriptores, tuã nobis obtru-
dere stribiligine in re tam egregie seria? Ego uero
quãq̃ nõ ita parũ multa sunt que respõdere possum,
unũ tũ illud obiter & uelut in trãscursu respõdero,
mibi nõ alia ratiõe magis uideri contẽptile, qua lecũq̃
meum hoc est opusculũ, quã si cognoscã placere illis
q̃ tanquã ad umbrã lunæ delatrãtes, quodaunq̃ igno-
tum uellicãt. Sed ualeãt hij, γλωσσογάρσορες, obgan-
niant, latrẽt, iasaniant, sim illis quicquid uoluerint
nihil mihi uerendum est, dũmodo candidis placeam.
Imò, ingenue uerũ fateor, quanto magis eos inuidia
turgescere uideo, tanto subnixius dabo operã, uti, sta-
tim rumpantur medij. Nam & si non ijs sim, nec ea ul-
fortitudine uel audacia cognobilis, qui cominus depre-
liari cum inimicis Eccle. possem, ex longinquo tamẽ
& la

Et lapides mittam, glebas, truncos, pulveres, Et quicquid primum ad manus habuero. Si non datur atletam agere, gregarium prestabo militem. At interim est tuarum partium candidissime Georgi, ut quemadmodum in exhortando me iam nuper, plus nimio diligentior extiteras, ita non imparatior modo sis. In contruendis uilitigatorum calumnijs. Vale.

Wer kans geraemen
dat eynycder sprech amen.

Erratula quibus offendi poterit incallidus lector
Nā Crassiora dispungere, fortasse magis curiosum fuerit, quam necessarium.

A

Folio s. habes, mmmi dotibus, lege animi dotibus. fo.
7. sustinet, lege sustinet.

B

coopatoiro, lege coopertorio. tippis, lege tipis. ambu-
siones, lege abusiões. Bliquot, lege Aliquot. morde-
retur, lege moderetur. Aaco, lege Aiaco. Philodocos,
lege philodicos.

C

Videantux, ldge uideantur. sprent, lege sperēt. It indie-
gna, lege indigna. hoēm corporibus, lege hoīm cor-
poribus. Dispumina, lege disputamina. simpliātate
nō fictam, lege simpliātatē.

D

Folio. 2. in fine pagine quartæ, habes testa, lege testatissimū est. Titillatu, lege titillatio.

E

Obstreperas, lege obstreperas. Ille spūs, lege illi. Moliantur, lege moliatur. deinq; lege deinde. ubi uib, lege ubi ubi.

F

Fo. 4. lege δ' αὐτ' ἀδ' αὐ' ἀσ' μ' α

G

Folio. 8. habes purgatoriū sum, sum supfluum est. H. perduis, lege pdius. fo. 2. pag. 4. habes uictoriā adober, ne erres lector, ber subsequentis uersiculi primū piū est, ut sit liber. fo. 4. sinno accedat, lege si nō accedat. Infantiam mror, lege miror.

I

π ας habes, lege διὰ τῶσ' ὧρ. Quæso, lege quæso. Semineuerit, le. seminauerit. Dmittere, le. dimittetur.

K habes tum illud, lege tamen illud.

Toto libello penitentia, lege primam cum α.



Ἰσὺα προφήταιε παραφρονῶσιρ

επμένης τῷ πνευματι

ανρ. καὶ οὐδ' ἐρ

ὀρῶσι.

Ezechielis 13.

Oemal schepatsimo iekaseimo

Labor labiorum ipsorum netheriet eos.

37 4884

ULB Halle 3
003 647 439



Sb.

M.C.





